

SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).
Recd. 18 Dec. 1866.

M. ACCI PLAUTI

TRUCULENTUS.

CUM

VARIIS LECTIONIBUS CODICIS AMBROSIANI,
PALATINORUM ET CODICIS PARISINI

IN USUM LECTIONUM

EDIDIT

C. E. GEPPERT.

BEROLINI A. MDCCCLXIII.

TYPIS TROWITZSCHII ET FILII.

1866, Dec. 18.
Salisbury Fund.

PRAEFATIO.

Ad hanc Truculenti editionem adornandam codicibus usus sum quattuor, Ambrosiano, codice Camerarii Vetere, Decurtato et Parisino. Ex Ambrosiano folia adhuc supersunt sex, quae textum continent a v. 112 usque ad v. 146, deinde a v. 180 usque ad 317, denique a v. 352 usque ad v. 389, ut olim indicavi in libro de codice Ambrosiano p. 27. Inde ego omnia, etiam minutissima, enotavi. Codicem veterem meo rogatu denuo perscrutatus est Köhlerus, vir doctissimus, ex cuius copiis intellexi, etiam in hac fabula Pareum diligentissime et amplissime officio suo functum esse: perpauca enim praetermisit, unde solidum textui lucrum peti potest. Consentit autem hic codex fere ubique cum codice Decurtato, cuius imaginem Schneiderus exprimendam curavit Vratislaviae a. 1834. Codicem Parisinum, de cuius indole dixi in praefatione ad Trinummi editionem alteram p. XIV et in adnotationibus p. 122, ipse contuli. Ex his libris omnia attuli, quae ad textum constituendum vel ad indolem eorum perspiciendam idonea visa sunt: consulto autem omisi errores, qui ex prava syllabarum vel vocabulorum distinctione nati sunt et alia quaedam, quae nulli usui sunt.

De versibus denique comicis et de arte Plauti satis a me disputatum est in praefatione ad Trinummum et in libro de enunciatione latinae linguae in vetere Romanorum dramate nec quidquam habeo, quod addendum esse videatur.

Scripsi Berolini m. Novemb. a MDCCCLXIII.

ARGUMENTUM.

Tres unam péreunt adulescéntes mulierém,
Rure unus, álter urbe, péregre tertiús,
Utque ista ingénti militém tangat boló,
Clam supposívit sibi clandéstino editúm.
Vi magna sérvos est ac trúcibus moribús,
Lupae ne rápiant domini pársimoniám;
Et is tamén mollitur. Míles adveník
Natique caússa dat propénsa munera.
Tandem compréssae pater cognóscit omniá,
Utque illam dúcat, qui vitiárat, convenít
Suomque is répetit a meretríce subditúm.

4. codd. sibi supposuit. 6. V. Lutpoeni D. I... poeni. P. Ut inopem 9. V. D. Tamen. 10. V. D. litam p. illam, quod P. om.

DRAMATIS PERSONAE.

DINIARCHUS, ADULESCENS.
PHRONESIUM,*) MERETRIX.
GETA, SERVOS.
CALLICLES, SENEX.
ASTAPHIUM, ANCILLA.
STRATULLAX, SERVOS. **)
STRATOPHANES, MILES.
STRABAX, ADULESCENS RUSTICUS.
ANCILLA ALTERA.

*) V. ubique Pronesium.
**) cf. Cic. ad Att. XVI, 15.

PROLOGUS.

Perparvam pártem postulát Plautus locí
De vestris mágnis atque amoénis moenibús,
Athenas quó sine architéctis conferát.
Quid nunc? datúrin estis, án non? adnuónt.
Minor equidem vóbis me ablatúrum sine morá.
Quid si de vóstro quippiam órem? en abnuónt.
Enim hercle in vóbeis resident móres pristiní,
Ad denegándum ut celeri língua utaminí.
Sed hoc agámus, huc qua véntum est gratiá.
Athenis ágitur, ita ut hoc ést proscenióm,
Tantisper dúm transigimus hánc comoediám.
Hic habitat múlier, nomen cui ést Phronesióm.
Haec huius sécli mores ín se possidét:
Numquam ab amatóre postulávit, quod datum ést,
Sed relicuóm dat operam né sit relicuóm
Poscendo atque aúferendo, ut mós est mulierúm.
Nam omnis id fáciunt, cum se amári intellegúnt.
Ea se peperísse puerum símulat milití,
Quo citius rem áb eo avertat cúm pulvisculó.
Quid multa? lócus huic si suppéteret mulierí,
Is cum anima ád eam habentiam ómnem evorterét.

V. 1—3 cf. Prisc. de metr. Ter. c. 2, 9. Apuleius Flor. IV n. 18 ed. Hildebrand. 4. V. D. adnunt P. at nunc. 5. V. D. Melior me quidem. P. Meliorem quidem. Scripsi Minor equidem. 6. codd. omm. en. P. abducunt. 7. Enim hercle V.; D. Eum hercle P. Mehercle. V. in uodiis D. P. inodiis. 9. codd. qua huc. 10 codd. tracto. Scripsi agitur. 12. codd. nomine. 14. codd. suo postulat id p. postulavit. 15. Sed relicuom Camerarius: codd. Sed reliquam. 19. codd. auferat p. auertat. 20. V. multa .... Stuic si superet muliere. D. multa superet mulierem. P. Multa superest mulierem. Scripsi locus huic si suppeteret. 21. codd. omnes: his — ad eum habenti. Deinde omnem, quod codd. omm., addidit Scaliger. Denique P. evorterit V. erceteritur D. erteteritur.

DINIARCHUS.

Non omnis aétas ad perdíscendum sat ést
Amanti, dum íd perdiscat, quót pereat modís,
Neque eam ratiónem eapse unquam édocuit Venús,
Quam penes amántum summa súmmarum redít,
Quot amans exémplis ludificétur, quot modís
Pereat, quot[illegible]ue éxoretur éxorabulís!
Quot illic blandítiae, quot illic íracundiaé,
Quot sunt perícla amanda! dí vostram fidem, huí!
Quid perferúndum est etiam praéter munerá!
Primum dum mérces annua: ís primus bolúst.
Ob eam tres nóctis duco, cum ínterea locí
Aut aera aut vínum aut oleum périt aut triticúm.
Tentat, benígnusne an bonaé frugi siés.
Quasi in piscínam rete quí iaculum parát,
Quando abiit réte pessum, tum ádducit sinúm:
Si inretit réte pisces, ne éffugiant, cavét,
Tumque hic tumque íllic irretítos impedít
Pisces usque ádeo, donicum éduxit forás,
Itidem est amátor. Si id, quod óratur, dedít
Atque est benígnus potius quám frugi bonaé,
Adduntur nóctes: interim ílle hamum vorát.
Si semel amóris poculum áccepit merí
Eaque intra péctus se penetrávit potió,
Extemplo et ípsus periit ét res et fidés.
Si iratum est scórtum forte amátori suó,
Bis perit amátor, ab re atque áb animo simúl.
Sin alter aútem potior ést, itidem perít.
Si raras nóctes ducit, áb animo perít:

V. Dimarcus. D. P. Dinarchus. 22. Varro de l. l. p. 194 ed. Spengel: est satis. 23. P. is p. id. Prisc. de metr. Ter. 2, 9 hic. 24. edocuit Prisc. l. c.; codd. educet. 27. V. quoque exoritur D. exoriter. 28. V. blanditier D. blanditer. 29. V. D. sunt quot sui, P. sunt quot sunt. 30. perferundum P.; V. D. pericrandum. Vat. Lips. alter perietandum. 31. merces Gronov.; V. miros D. miror P. meret. D. annuus P. animus. Deinde V. primos e bolust D. primus ebolust. P. premii si obolus est. 32. V. dutor D. tutor. P. ducunt. 33. V. D. ara. codd. omm. perit. 36. codd. omm. tum. V. finfa p. sinum, D. P. infra. 37. Si inretit Both.; V. Sin iecit D. sin ietit. P. si non ierit. Deinde codd. piscis ne effugiat. 38. Tumque hic tumque illic Both.; codd. Dum huc dum illuc. Deinde irretitos Scaliger; V. D. reteor, P. rete. 39. codd. dolium foras eduxit. 40. codd. Ibidem. Deinde si P.; V. D. set. 43. meri Both.; codd. mere. 46. codd. scortum fortest. 47. atque ab animo Göller; codd. omm. ab. 48. autem — itidem Acidalius; V. Sin alter alteri D. sin aliter alteri. P. om alteri. Deinde V. D. potius, codd. omnes: idem. 49. P. ratas p. raras.

Sin increbrávit, ipsus gaúdet, res perít.
Ita cantio ést in aedibús lenoniís:
Priusquam unum déderis, centum, quaé poscat, parát.
Aut aurum périit, aut conscíssa est pallulá,
Aut empta ancílla aut aliquod vásum argenteúm,
Aut aliquod vásum aenum aut léctus dapsilís
Aut armaríola graeca, aut áliquid semper ést,
Quod pereat débeatque amáns scorto suó.
Atque haec celámus nos damna, úna industriá
Cum rem fidémque nosque nósmet perdimús,
Ne quid paréntes neu cognáti sentiánt.
Quos dum celámus si faxímus consciós,
Qui nostrae aetáti tempestíve temperánt,
Ut antepárta demus póstpartoribús,
Faxim lenónum et scortorúm posthac minús
Et minus damnósorum hominum, quám nunc sunt, siét.
Nam nunc lenónum et scortorúm plus est feré,
Quam olim muscárum est, cum calétur maxumé.
Nam nusquam alibí si sunt, circum árgentariás
Scorta et lenónes desidént quotidié.
Ea nimia est rátio, quippe quí certo sció
Fere plus scortorum esse iám quam ponderúm,
Quas quam quidem ád rem dicam in árgentariís
Referre et habére, nisi pro tábulis, nesció,
Ubi aera pérscribantur úsurariá,
Accepta díco, expensa né quis censeát.
Postremo in mágno populo, in múltis hominibús,
Re placida atque ótiosa, víctis hostibús,

50. V. sinorebrauit, D. si increpauit. 51. V. Itcca in aedibus lenosis. D. P. Ita et in aedibus lenosis. Scripsi ita cantio est. 53. V. D. aut perit aurum conscissa, nisi quod D. concissa, Porph. ad Hor. ep. 1., 18, 55. Aut perit aurum aut conscissa est pallula. P. aut petit aurum quod conscissa. schol. Cruq. ad Hor. ep. 1, 18, 55. Aut perit aurum, quod conscissa pallula est. 54. aliquod vasum aenum Göller: codd. vasum ahenum aliquod, nisi quod P. aliquid. 55. V. D. laptiles. 56. codd. omm. est. 58. V. D. dammina industria, nisi quod D. clammina, P. damna industria. 59. D. Quoniam p. cum. 60. codd. neque p. Ne quid. 61. codd. cum p. dum — facimus. 62. V. D. tempestiuo temperint. 63. V. Unne. D. P. Unde. cod Barth. ut ne. codd. omnes anteparata. 64. codd. plus est p. posthac, om. minus, quod addidit Acidalius. v. 67. in codd. postponitur sequenti. 69. Scorta et lenones Both.; codd. scorti lenones. Deinde desident Ritschelius; codd. quasi sedent. 71. codd. eri p. fere. 72. Quas Ritschelius: codd. quos. Deinde quam quidem Göller: codd. quidem quam. 73. codd. omm. et. 74. V. ae. p. aera D. P. hae. 75. accepta Acidalius: codd. accipiat p. accepta, neque p. ne quis. 76. V. id magno populo. D. P. id magno in populo multis hominibus. Deinde codd. omnes mulier p. multis.

Amare opórtet omnes, quí quod dent, habént.
Nunc haec mihi méretrix, quae hic habét, Phronesiúm,
Suom nomen ómne ex pectore éxmovit meó.
Nam me fuísse huic fateor súmmum atque intumúm,
Quod amantis múlto pessimum ést pecuniaé.
Eadem, postquam álium repperít, qui plus darét,
Damnosiórem, me exinde ámovit locó,
Quem manifesto ódium sibi esse mémorabat malá,
Babyloniénsem militem: ís nunc dicitúr
Venturus péregre; eo nunc cónmenta est dolúm.
Peperisse símulat sese, ut me éxtrudat forás,
Atque ut cum sólo pergraecétur milité.
Eum esse símulat militém puero patrém.
Eo isti suppósitum puerum opús erat pessumaé.
Mihi verba rétur dare sese; án me censuít
Celare sé potesse, grávida si forét?
Nam ego Lemno advénio Athenas núdius tertiús,
Legatus quo hínc cum publico ímperio fuí.
Sed haec quis múlier est? Astáphium ancillulá.
Cum ea quoque étiam mihi fuít commerciúm.

ASTAPHIUM. DINIARCHUS.

ASTAPHIUM.

Ad forés auscultáte atque adsérvate aedes
Ne quis ádventor grávior abeát, quam adveniat
Neu manús qui attulerít steriles ád nos intro
Foras expórtet gravidás. Novi ego hóminum mores.
Ita nunc súnt adulescéntes moráti: quippe

79. codd. Nam mihi haec. V. Pronesium. 80. V. D. omnes P. omnem. Post v. 80. V. D. addunt *Phronesium, nam Phronesis est sapientia*, P. tantum *Phronesium*, ceteris omm. Delevit hunc versum Canterus nov. lect. 7, 10. 83. D. prius p. plus 84. V. D. mihi exinde immouit, nisi quod V. exine. 85. manifesto odium Bothius: V. D. qui manifesta ac odiosum, P. quem infestum ac odiosum. 86. V. D. Babiloniensem. 88. codd. Reperisse. 90. V. D. simulant. Hic versus in codd. praeponitur antecenti. 91 P. Eo isti supposito puero opus pessimae — erat addidit Lomann. V. D. Eum isti suppositum puerum. 92. codd. se. V. D. a me. 95. quo hinc Both; V. D. hinc quod. P. hinc quo. 96. V. D. quibus melius p. quis mulier. P. om. quis mulier est. Deinde codd. Astaphium est ancillula: est del. Göller. 97. V. D. ergo p. ea.

98. adservate Prisc. de metr. Ter. 2, 18: V. adseruas D. seruas. P. asservabis. 100. manus qui — ad nos intro Both.; codd. qui manus — intro ad nos. 101. codd. gravidas foras exportet. 102. codd. adulescentes morati sunt. Deinde quippe Both.; codd. quin ei.

Ut semel ádveniunt ád scorta cóngerrones,
Consulta súnt consilia, quándo intro advenérunt ad nos.
Unus eorum áliquis osculúm usque oggerít amicae.
Dum illi agúnt ceteri cleptae, quód coeperunt,
Cum vidént quempiám se adservåre, obludunt,
Quippe cústodem obléctant per ióculum et ludum.
Saepe dé nostro edúnt, quod fartóres faciunt.
Fit pol hoc ét pars spectatórum haec vos pol scítis me haud mentiri.
Ibi est ibús pugnae et virtúti de praedónibus praedam cápere.
At ecastór nos rursum lépide gratificámur furibus nóstris.
Nam ipsi vident bóna cum eorum aggerimús atque etiam ultro ipsi ádgerunt ad nos.

DINIARCHUS.

Me illisce quidem haéc verberat verbís, nam ego huc bona méa accongessi.

ASTAPHIUM.

Commemini: iám pol eum ipsum ad nós, si domi erit, mécum adducam.

DINIARCHUS.

Heus! mane dum Astáphium, priusquam abís.

ASTAPHIUM.

Quis revocat?

DINIARCHUS.

Sciés: respice huc.

ASTAPHIUM.

Quis ést?

DINIARCHUS.

Vobis qui múlta bona esse vólt.

103. codd. aut p. ut. Deinde semel Both.; V. senet D. senec. P. se nec. 104. codd. consilio. P. adveniunt. Deinde omnes omm. ad nos. 105. V. oenus codd. oculum. V. D. amicensque oggerit, P. amicae usque aggerit. 106. codd. agant. Tum V. litteris miniatis addit SSCETERI CLEPTAE quae a D. et P. absunt. codd. omnes omm. quod coeperunt. 107. Cum P.; V. D. Sin. V. D. obludeant. P. obluunt. 108. codd. qui p. quippe, et oblectent, nisi quod D. oblettent. 109. saepe de nostro Bothius; codd. de nostro saepe. V. fectorum p. factores. 110. V. D. scistis pol haec nos, nisi quod V. poliet p. pol haec. P. om. *pol* et *vos*. 111. P. Ubi. V. sibus p. est ibus, D. usibus, P. usus. 112. A eccastor, quod omm. codd. ceteri omnes. V. rusum. Deinde codd. omnes cum A. referimus gratiam p. gratificamur. 113. A. eorum quum aggerimus bona, codd. ceteri: cum eorum aggerimus bona. Deinde atque A.; V. D. loqui, quod om. P. 114. codd. illis p. illisce. A. quidem haec verberant — bona mea digessi. V. done adecessi D. dona concessi. P. dona congessi. 115. pol eum ipsum ad nos A. solus: V. D. pol ego umsum, P. pol ego visam. Deinde V. D. erat p. erit. 116. P. om. abis. 117. Quis P.; A. V. qui, quod om. D.

ASTAPHIUM.
Dato, esse sí vis.
DINIARCHUS.
Faxo erúnt.
Respice huc modó.
ASTAPHIUM.
Oh!
Enicas me míseram, quisquis és.
DINIARCHUS.
Pessuma, mané.
ASTAPHIUM.
Optume, odio és.
Diniarchusne heíc est? atque is ést.
DINIARCHUS.
Salva sis.
ASTAPHIUM.
Et tú
Fer contra mánum et pariter graderé.
DINIARCHUS.
Tuis servio atque aúdiens sum imperiís.
Quid agis?
ASTAPHIUM.
Valeo ét validum teneó.
Peregre quoniam ádvenis cena detúr.
DINIARCHUS.
Bene dicis ét benigne. Aín, quo eas, Astáphium? amabo.
ASTAPHIUM.
Sine, era quo iússit, ire mé.
DINIARCHUS.
Eas, sed quíd ais?
ASTAPHIUM.
Quid vis?

119. codd. si esse uis. 120. Oh A; codd. ceteri io. 121. V. D. Tenicas. 122. V. D. pessimam Anel. Prisc. de metr. Ter II, 10 pessima mane. 123. A. cum Prisc. l. c. optime, odio es. V. D. optume odiosus es, nisi quod V. optune. P. om. optume: odiosus es. 124. codd. omnes cum A. Dinarchusne illic est. 125. Salua sis. Et tu A.; V. D. isaduas lissi ituli, nisi quod D. ittuli, P. is ad vos lissi attuli. 126. Fer A.; V. D. fert, P. ferunt — gaudere p. gradere. 127. Tuis A.; ceteri Tibi. 128. ualeo A.; V. uade. D. uale. P. valens. 129. cena detur A.; V. D. centur, P. laetor. 130. A. Bene dicis benigne quo eas Astaphium amabo, om. *et* et *ain*. Ceteri: Benigne dicis p. Bene dicis benigne, deinde, om. quo eas, V. Astat cum ambo, D. astate ambo, P. asta te amabo. 131. codd. omnes cum A. sine me ire quo iussit.

DINIARCHUS.
Dic, quo iter incéptas? dic, quis ést, quem accersas?
ASTAPHIUM.
Obstetricem
Archinam.
DINIARCHUS.
Mála tu femina és: oles unde es dísciplinam.
Manifesto méndaci, malá, te teneo.
ASTAPHIUM.
Quínam? amabo.
DINIARCHUS.
Quia te adductúram huc dixerás eumpse, nón eampse.
Nunc mulier fácta est ex viró: mala es, praestígiatrix.
Sed tandem lóquere: quis is homo ést, Astaphium? nóvos amator?
ASTAPHIUM.
Nimis otiósum te arbitrór hominem esse.
DINIARCHUS.
Quí arbitrare?
ASTAPHIUM.
Quia tuo vestímento et cibó alienis rébus curas.
DINIARCHUS.
Vos mihi dedístis otiúm.
ASTAPHIUM.
Qui? amabo.
DINIARCHUS.
Ego éxpedibo.
Rem perdidi ápud vos, vos meúm negotium ábstulistis.
Si rem servássem, fuit ubí negotiósus essem.

132. Dic A.; ceteri istic. Alterum dic abest a codd. omnibus. Deinde quis est A. P.; V. D. quies. Denique A. Archiliam Meretricem, ceteri Archinam obstetricem. 133. Mala tu femina es A.; ceteri omm. tu. Deinde A. oles iam unde tu es disciplinam. V. D. soles unies disciplinam. P. soleo una est disciplina. 134. Manifesto mendaci A.; V. manifesta mendacii D. manifesta mendacia. P. manifestam mendacii. A teneo te. codd. omnes Quid iam p. Quinam. 135. V. D. P. Qua te adducituram. Deinde eumpse Lindemannus: codd. eum ipsum. Denique non eampse A: V. i non ea asae, D. P. inonea ase. 136. A. facta est eam ex viro. V. D. mala est. Deinde P., om. es: praestigiatrix, V. D. prestigiator A. praesirigator. 137. A. homost. V. astaphiunous. P. om. *is* et *novos*. 138. V. Nistus p. Nimis. Deinde te arbitror hominem esse A.; P. arbitror hominem te esse, V. D. arbitror hominem esse, om. te. Denique Qui A.; P. Quid, V. D. quinam. 139. Non. 499, 9 tu. 140. mihi dedistis otium A.; V. D. otiosum, P. me dedistis otiosum. Deinde Qui A.; V. D. Quid iam P. Quid nam D. P. omm. ego. 141. codd. omnes praeter A. omm. apud vos, vos. Non p. 477 rem perdidi apud vos. 142. A. seruauissem..

ASTAPHIUM.

An tu bene réris publicum aút amores ália lege
Habere pósse postulás, quin otiósus fias?

DINIARCHUS.

Illa, haud ego, hábuit publicúm: pervorse intérpretaris.
Nam advorsum légem a me et meám scripturam pécudem accepit.

ASTAPHIUM.

Plerique idém, quod tu facís, faciunt rem mále gerentes:
Ubi non est, scrípturam unde dént, incusant públicanos.

DINIARCHUS.

Male vertit rés pecuariá mihi apud vos: núnc vicissim
Volo habere arátiunculám pro copia híc apud vos.

ASTAPHIUM.

Non arvos híc sed pascuóst ager. si arátiones
Habituru's, quí arari solént, ad pueros íre meliust.
Hunc nos habémus publicum: illí alibi sunt públicani.

DINIARCHUS.

Utrosque cógnovi probé.

ASTAPHIUM.

Em istoc pol tu ótiosus,
Cum et illi et híc pervorsus és. sed utris cum rém esse mavis?

DINIARCHUS.

Procaciores estis vós, sed illi periúriosi.
Illis perít, quidquid datúr, neque ipsis appáret quicquam.
Vos saltem sí quid quaeritís, id ebibitis ét comestis.
Postremo illí sunt improbí, vos nequam et glóriosae
Malaeque in nós.

143. tu bene reris publicum A.; V. tute bene res publicum, D. P. tute bene rem publicam. 144. posse A. et P.; V. D. possos. Deinde quin otiosus A.; P. quin tu otiosus, V. quin tu osius, D. quin tu otiosius. 145. D. P. aut p. haud. A. interpraetaris. 146. A. om. a. codd praeter A. omnes: amem p. a me. Deinde omnes cum A. ob p. et. Denique A. et Charisius p. 140. ed. Keil cepit, codd. ceteri accipit. 147. codd. Fierique p. Plerique. D. idest p. idem. rem P.; V. D. rei. 149. P. om. *nunc vicissim* et versum 150 totum. 150. V. copiae lic aput uos, D. copiae apud uos. 151. V. D. pascus est agere sirationes. P. post *hic* inserit: *qui arari soleat* (p. solent), quae absunt a v. sequ. 152. habiturus P.; V. D. habituris. 153. alibi Acidalius; V. aliis publicani, D. P. alii sunt publicani. 154. cognovi probe edd. vett. ante Camerarium: codd. omnes percognouit trobeidem. 155. illi Both.; codd. illio. V. D. esse p. es. 158. codd. et bibitis p. it ebibitis. 159. codd. quam p. nequam. V. D. gloriosi. 160. V. D. in nos illis ea omnia P. in nos illis. *Ast.* Ea omnia. codd. Dinarche.

ASTAPHIUM.
Ea omniá tibi dicis, Díniarche,
Et nostrum et íllorum vicém.

DINIARCHUS.
Qui istuc?

ASTAPHIUM.
Ratiónem dicam.
Quia qui alterum íncusat probrí se eumpse intuéri oportet.
Tu a nobis sápiens nihil habés: nos nequam abs téte habemus.

DÍNIARCHUS.
O Astaphium, haud ístoc me modó solita es ante áppellare,
Sed blande, cum íllue, nunc quod ést apud vos, ápud me haberem.

ASTAPHIUM.
Dum vivit, hóminem noverís: ubi mortuóst, quiescas.
Te, dum vivébas, noveram.

DINIARCHUS.
An me mortuom árbitrare?

ASTAPHIUM.
Qui potist, amábo, planiús? quí antehac amátor summus
Habitust, istum ád amicam merás querimoniás referre.

DINIARCHUS.
Vostra hercle fáctum inuriá, qúae properavístis olim
Rapere: otióse oportuít, diu út essèm incólumis vobis.

ASTAPHIUM.
Amator símilis oppidi ést hostilis.

DINIARCHUS.
Quó argumento est?

ASTAPHIUM.
Quamprimum expúgnari potést amator, óptumum amicae est.

DINIARCHUS.
Ego fateor séd longe alter ést amicus átque amator.

161. V. D. Quia p. quí, P. quid. 162. se eumpse Both.; P. se ipsum intueri. V. D. sumpsit seniteri. 163. P. neque p. nequam. V. D. habeamus. 164. codd. omnes modo solita es me, nisi quod V. D. est p. es et ambo deinde appellari. 165. P. illud. codd. omnes quod apud uos nunc est. 167. V. D. noueras si at p. noveram. *Di.* an. 169. V. habitus si. D. P. habitus est. codd. istunc — uerius uerimonia. P. deferre. 170. V. hunc versum tribuit Astaphio. codd. properauitis. 172. similis oppidi est Both.; V. similest D. similist P. similis. 173. potest Bothius; V. D. potis est, P. potist. V. amet, D. amat p. amator. amicae est Bothius; V. D. est amica et. P. est amicae. 174. P. om. ego. alter Acidalius: codd. aliter.

Certe hercle quám veterrumús homini optumúst amicus.
Non hercle occídua sunt mihí mecum etiam fúndi et aedis.

ASTAPHIUM.

Cur, obsecro, érgo ante ostiúm pro ignoto aliénoque astas?
I intro: haud aliénus tu quidém és, nam ecastor néminem hodie (74)
Mage amat corde átque animo suó, siquidem habes fúndum atque aedis.

DINIARCHUS.

In melle súnt linguae sitaé vostrae atque orátiones,
Facta atque córda in felle súnt sita atque acérbo aceto.
Eo dicta língua dulciá datis, corde amára facitis.

ASTAPHIUM.

Si amanti nón est, quod dabít, non didici philosophari.

DINIARCHUS.

Non istaec méa benignitás docuit te fábulari, (80)
Sed isti, qui cúm geniis suís belligerant, parcipromi.
Mala es atque éadem, quae solés, inlecebra.

ASTAPHIUM.

Ut exspectátus
Peregre advenísti, nam oppidó cupiebat te éra videre.

DINIARCHUS.

Qui tandem?

ASTAPHIUM.

Te únum ex omnibús amat.

DINIARCHUS.

Euge, fúndi et aedes,
Per tempus súbvenistis. Séd quid ais, Astáphium?

ASTAPHIUM.

Quid vis? (85)

DINIARCHUS.

Estne intus núnc Phronesiúm?

ASTAPHIUM.

Ut ut aliis, tíbi quidem intus.

175. V. D. amomini optimus amicus. P. amicae optimus est amicae. 176. V. D. occidesunt. P. occiderunt. codd. omnes omm. mecum. 180. V. melies p. melle sunt, D. medie p. melle, P. medio. 181. Facta atque A.; V. Fac atque D. uacatque, quod om. P. Deinde A. in fellis sunt, V. belles, D. P. bella sunt, omnes om. in. 182. Eo dicta lingua A.; ceteri, om. Eo: linguis dicta. Deinde amara facitis Meursius: A. amare facitis, ceteri amarc factis. 183. A. Amanti si quin quod dabo non cst; ceteri: amantes si quit non danunt, nisi quod D. P. quid. Postremo philosophari Goellerus: codd. omnes fabulari. 184. A. decuit. 185. codd. omnes cum A. istos. A. parcipromis, ceteri parcepromi. 186. A. adque. V. D. inlecebrii. 187. P. om. nam. codd. omnes obsecro p. oppido. 188. Qui Bothius, codd. Quid. A. hminibus p. omnibus. 189. codd. praeter A. omnes subuenistis mihi. V. ait p. ais. V. D. ut quid vis. 190. A. Estine. codd. praeter A. omnes omm. ut ut aliis.

DINIARCHUS.

Valetne?

ASTAPHIUM.

Edepól meliusculám fore spero, te úbi videbit.

DINIARCHUS.

Hoc nobis vítium maxumum ést: cum amamus, túm perimus.
Si illuc, quod vólumus, dicitúr, palam cum méntiuntur,
Verum esse inscíti credimús, modo ut déstituamur ira.

ASTAPHIUM.

Heia haud ita ést res.

DINIARCHUS.

Ain tu eám me amare?

ASTAPHIUM.

Immo únice unum.

DINIARCHUS.

Peperisse audívi.

ASTAPHIUM.

Ah obsecró, táce Diniárche.

DINIARCHUS.

Quid iam?

ASTAPHIUM.

Horresco mísera, mentió quotiens fit pártionis:
Ita paene núlla sibi fuít Phronesium. Í intro, amabo.
Vise illam, aut ópperitor híc: iam exibit, nám lavabat.

DINIARCHUS.

Quid ais tu? quaé numquam fuít praegnas, qui párere potuit?
Nam illi quidem úterum, quod sciám, numquam extumére sensi.

191. P. Valet? *Ast.* Aedepol, ceteri: immo edepol. A. melius eam, ceteri melius iam. A. fore spero te ubi videret; ceteri: credo fore ubi te videbit. 192. A. maxumumst. P. tunc. 193. illuc Bothius; codd. illud. A. uolimus. 194. A. ne ut astuamur p. modo ut destituamur. V. D. ne ut in estu mutuamur P. ne ut mestu mutuantur. 195. Ain tu eam me amare A.: V. anin tu me (D. te) amaret P. ain tute amare. 196. codd. praeter A. omnes Peperisse eam audivi. V. D. eam p. iam. 197. V. D. sentio. Prisc. 1 p. 256. ed. Hertz: miseram mentionem. V. quod iis p. quotiens, D. quod diis. Non. 217 quod. A. sit. V. D. parationis. 198. paene nulla sibi A.; ceteri paene tibi. V. intromamabom. 199. codd. atque p. aut. A. opperire hic, ceteri opperire ibi. P. non p. nam. codd. praeter A. omnes lavabit. 200. V. lique p. tu quae, D. liquae nunquam fuit. quam pregnas. 201. A. equidem illi uterum, ceteri equidem uterum illi. V. D. scias. P. extumescere.

ASTAPHIUM.

Celabat métuebatque té, ne tu sibi pérsuaderes,
Ut abortióni operam darét puerumve ut énecaret.

DINIARCHUS.

Tum pol isti púero is est patér Babyloniénsis miles,
Quoius nunc ista ádventum expetít.

ASTAPHIUM.

Immo adeo ut núnciatum est,
Jam hic adfutúrum aiunt eúm: nondum advenísse miror.

DINIARCHUS.

Ibo igitur íntro?

ASTAPHIUM.

Quippiní? Tam audacter, quám domum ad te.
Nam tu quidem édepol noster és etiam nunc, Díniarche.

DINIARCHUS.

Quam mox te huc récipis?

ASTAPHIUM.

Jam hic eró: prope est, profécta quo sum.

DINIARCHUS.

Redi vero actútum: ego interim híc te apud vos ópperibor.

ASTAPHIUM.

Hahahe! requiévi,
Quia intro abiít odium meúm.
Tandém sola súm: nunc meo équidem arbitrátu
Loquár liberé quae volam ét quae lubébit.

202. ne tu sibi A.; V. naut sibi, D. aut sibi, P. ne sibi. 203. puerumve Bothius; codd. puerumque. V. D. lite necaret. P. abnecaret. 204. D. Dum. p. Tum. A. isti est puero pater. V. D. isti puero quid est pater P. isti puero quidem est pater. 205. V. expetiti D. expetiit. V. abet p. adeo. D. abeo, P. ab eo. 206. V. D. moror. 207. V. D. quam p. tam. V. aut dacter. 208. tu quidem edepol noster es etiam nunc A.; codd. ceteri: tu edepol noster set iam nunc. 209. te huc recipis A.; codd. ceteri te recepisti, nisi quod P. recipisti. A. propest, quod om. P. 210. V. rede. D. redde. A. ego interim hic apud uos opperibor, codd. ceteri: ego interim te apud uos. V. D. apperibor. — Ceterum ex hac scena versus videtur excidisse, quem Priscianus I. p. 101 ed. Hertz hoc modo adfert: Bona perdidi, mala repperi, factus sum extimus a vobis.

211. Hahahe requievi Göller; A. Ha, quod adnectitur versui 210, deinde Requieui, quod lineam implet. Ceteri codd. hahaha ercle quievi, nisi quod P. hercle. 212. abiit A.; V. anit, D. P. iuit. Deinde codd. praeter A. omnes omm. meum. 213. codd. omnes cum A. quidem meo p. meo equidem. 214. P. volebam p. volam. Deinde lubebit P.; V. D. iubebit, A. licebit.

Huic homini amánti mea era naéniam apud nos díxit de bonís,
Nam fundi et aédes obligátae sunt ob amóris prandiúm.
Verum apud hunc méa era sua consília summa elóquitur líberé,
Magisque adeo ei cónsiliariús hic amicust quam aúxiliariús.
Dum fuit, dedít: nunc nil habét. quod habebat, nós habemus.
Iste id habet, quód nos habuimús: humanum fácinus factum est.
Actutum fórtunae solént mutari: vária vita est.
Nos divitem ístum meminimús atque iste paúperes nos.
Verterunt sése memoriaé: stultus sit, quí id miretur.
Si eget, necésse est, nos patí: amavit, aéquom factum est.
Misereri nós piaculum ést hominum rem mále gerentum.
Bonis esse opórtet dentibús lenam probam: ádridere,
Quisquis veniát, blande alloquí, male corde cónsultare,
Béne linguá loqui. meretrícem sentis símilem esse addecét,
Quemquem hominem áttigerit, profécto ei aut malum aút damnum darí.
Numquam amátoris meretrícem oportet caússam nosceré,
Quin ubi níl det, pro infrequénte eum mittat mílitia domúm,
Neque umquam erít probus quisquam amátor, nisi qui rei ínimicust suaé.
Dum habet, túm amet: ubi nil hábeat, alium quaéstum coepiát:
Aequo animo ípse si nihil hábeat, aliis, quí habent, det locúm.
Nugae súnt, nisi cui, cum déderit, dare iam lúbeat denuó.

215. A. Huic homini .... amanti neniam dixit; ceteri huic hominem amanti me era apud nos. Tum V. neniam dixit, D. P. dixit neniam. cf. Festus p. 161. 216. V. D. fundit p. fundi et, P. fundi sunt. V. obligates p. obligatae sunt. V. D. P. moris p. amoris. 217. codd. praeter A. omnes omm. sua. P. summe loquitur. 218. amicust A.; V. qui p. quam, D. quod. 220. Iste A.; V. D. Istinc, P. istic. A. factust. 221. mutari A.; V. D. mutauit, P. mutarier. 222. istum A.; ceteri eum. A. adque. V. D. isti p. iste. 223. V. D. memoriaest uitus sit. Deinde A. qui admiretur V. D. quid ita miretur P. Vertit sese rota vicissim sic quid ita mirentur. 224. pati amauit aequum A.; V. D. patiar auita equom me, nisi quod D. aequum. P. pati in vita aequum. 225. codd. cum A. omnes: piaculum est, misereri nos, nisi quod A. piaculumst V. pilaculum. Deinde rem Bothius; codd. rei, quod om. P. Denique D. P. gerentium. 226. V. D. probram. 227. blande Göller: codd. ceteri blandeque, V. blandequem. codd. praeter A. omnes consultari. 228. codd. praeter A. loqui lingua. Deinde sentis similem esse addecet A.; V. D. esse similem sentis condecet, P. om. esse: similem sentis condecet. 229. V. D. attingerit. Deinde profecto ei aut A. solus; ceteri omm. ei. V. a. m. pr. aut malum aut causam noscere dampnatum dari. 230. A. Nunquam. V. amatori amatoris meretricem. P. amatoris amatricem. A. causam. 231. V. D. cum p. eum. Deinde mittat A.; ceteri mittas. 232. erit probus quisquam A.; ceteri quisquam probus erit. v. 233—34 in codd. omnibus praeter A. sequuntur post 235 et 236. 233. habet A.: ceteri habeat. P. capiat p. coepiat. Non. 89, 20 dum abeam quodam et ubi nihil coepiam. 234. V. D. dent. 235. A. qui modo cum. V. quodomodo cum D. quod amodo cum. P. quod modo cum. V. D. iubeat A. libeat.

Is amatúr hic aput nos, quí, quod dedit, id óblitust datúm.
Probust amátor, qui relíctis rebus rém perdit suám.
At nos male ágere praedicánt viri solére secum,
Nosque esse aváras. Qui sumús? quid est, quod male ágimus tandem?
Nam ecastor númquam satis dedít suae quisquam amícae amator
Neque pol nos sátis accepimús, neque unquam ulla sátis poposcit.
Nam quando stérilis est amátor a datís,
Si negat habére quod det, sóli credimús.
Nec satis accípimus, satis cum quód det, non habét.
Semper datóres novos opórtet quaereré,
Qui de thesaúris integrís demum oggerúnt.
Velut hic ést adulescens, qui hábitat hic agréstis, rusticús
Nimis mortális lepidus nímisque probus datór. Is clam patrém
Etiam hac nócte illac per hórtum transit ád nos: eum voló
Conveníre. Sed est huic únus servos víolentissumús,
Qui ubi quam nóstrarum vidét prope aedis ádgrediri,
Item ut de frúmento anserés, clamore abstérret, abigit.
Ita est agréstis. Sed forés, quicquid futúrum est, feriam.
Ecquis huic tutélam ianuaé- gerit? ecquis íntus exit?

STRATULLAX. ASTAPHIUM.

STRATULLAX.

Quis illic ést, qui tam protérve in nostras aédis arietát?

236. V. D. quid quod edit iobiatus, nisi quod D. iobatus. P. lobatus p. oblitust. 238. A. ad p. at. 239. P. om. esse. Deinde: qui sumus quid est, quod male agimus A.; ceteri: qui sim umquam alenos agimus, nisi quod D. P. alienos. 240. A. amicae quisqui amator suae. 241. codd. praeter A. omnes omm. *nos* et *umquam*. 242. D. P. omm. a. 243. P. om. si. codd. praeter A. omnes: negat se habere. V. quod et; D. quo det. P. sin p. soli. Postremo codd. praeter A. omnes omm. credimus. 244. D. accepimus. 246. D. quin p. qui, quod om. A. Deinde A. V. D. thensauris. Denique demum oggerunt A. solus. V. D. demus danunt, P. dona danunt. 247. uelut A.; V. uint D. ui ut P. hui ut. Deinde A. hic est adulescens qui habitant hic agrestis rusticus. codd. ceteri: hic agrestis est adulescens qui hic habet, nisi quod V. habit, D. abit, om. rusticus. 248. codd. praeter A. omnes nimis pol mortalis. Deinde dator P.; V. D. datur, A. amator. Denique codd. cum A. omnes: sed is clam patrem, nisi quod V. D. pater. 249. V. D. hac noctem. A. illa. V. por p. per. codd. praeter A. omnes transiliuit. 250. A. hic p. huic. 251. codd. ceteri cum A. quamque, P. quemque. codd. praeter A. omnes addunt *hac si* post *aedes*, nisi quod P. ac si. Postremo adgrediri A.; V. adgredias D. agredias P. aggrediens. 252. P. om. item ut. V. D. uide p. ut de. 253. Ita A.; ceteri Is item. Deinde futurum est Bothius; codd. est tuturum. 254. V. D. exit ancilla.

V. ASTAPHIUM. TRUCULENTUS. P. Stratilax. Astaphium. 255. P. est illic. Deinde in nostras aedes Göller: codd. omm. in. D. erietat.

ASTAPHIUM.

Ego sum: réspice ad me.

STRATULLAX.

Quíd ego video? nóvi. vae tibí!
Quid tibi ad hásce accessio aédes est prope aút pultatió?

ASTAPHIUM.

Salvé.

STRATULLAX.

Sát mi est tuae salútis: nil morór. sat salveó.
Aegrotáre malim quam ésse tua salúte saniór.
Sed volo scíre: quid debétur hic tibi ín nostra domó?

ASTAPHIUM.

Comprime sís eiram eam, qui te hércle

STRATULLAX.

Tu quae sólita es, comprimás,
Impudéns, quae perridículum rusticó suades stuprúm.

ASTAPHIUM.

Eiram díxi: ut secepísti, demsisti únam litterám.
Nimis quidem híc truculentust.

STRATULLAX.

Pérgin male loquí, mulier, mihí?

ASTAPHIUM.

Quid tibi egó maledico?

STRATULLAX.

Quía enim me truculéntum nominas.

256. A. noui te uideo tibi. V. D. nonne ego uideor te tibi. P. Quid? *Ast.* Non ego videor tibi. 257. V. ab asce D. abhasce. Deinde aedes est A.; ceteri est aedes. Denique V. D. pultatiost. 258. sat A.; ceteri satis. V. miror p. moror. Deinde codd. praeter A. omnes, Probus II, 3, 9 ed. Lind. et Cl. Sacerdos p. 165 non salveo. 259. V. D. aegrotarem aliquam essem suam salute. 260. Sed A.; V. ad D. aut P. at. Deinde in nostra domo A. solus; ceteri nostrae domi. 261. A. Comprime sis iram eam qui te hercle. Cl. Sacerdos I, 108 et 153 reprime sis iram. V. D. P. comprime spero meam quidem hercle, nisi quod P. me p. meam. Deinde codd. cum A. omnes: solitas, P. om. quae: comprimi. 262. Impudens A. P.; V. D. inprudens. Deinde codd. praeter A. omnes, om. quae: perridiculum ut rustico suadet. 263. codd. omnes iram dixi, nisi quod A. dixis. Deinde secepisti demsisti unam litteram A.; V. esse cepsi demsistun alteram. D. P. esse caepisti fidem si est una altera, nisi quod P. cepisti. 264. quidem hic truculentust A.; ceteri hic quidem truculentus. V. D. mihi es. 265. maledico A.; V. D. aut medico, P. autem dico. Postremo nominas A.; ceteri nomines.

Nunc adeó, nisi abis actútum aut dicis, quém quaeras, citó,
Jam hercle ego híc te, quasi sus cátulos, mulier pédibus proterám.

ASTAPHIUM.

Rus merum hóc quidem est.

STRATULLAX.

Pudéndum est vero clúrinum pecús.
Rus tu mi ópprobras? at náncta es hominem, quém pudeat probrí.
Advenísti huc te ostentátum cum exornátis ossibús.
Quia tibí suaso infecísti, propudiósa, pallulám,
An eo bélla es? Qui accepísti nariúm vesaniás?

ASTAPHIUM.

Nunc placés cum mi incleménter dicis.

STRATULLAX.

Quíd hoc, quod te rogó?
Mancupión qui accipias, géstas tecum aénos annulós?
Dignae séde et laurea haé sint, quas habés victoriás.

ASTAPHIUM.

Ne attigás me.

STRATULLAX.

Tene ut tángam? Ita me amábit sarculúm,
Ut egomét ruri a me amári mavelím patulam bovém

266. aut dicis quem quaeras A.; ceteri omnes ac dicis quid quaeras scito. 267. quasi sus catulos mulier A.; ceteri omnes cum Non. 457, 13 mulier quasi sus catulos, nisi quod V. capulos. Serv. ad Aen. H, 357: et ego te conculcabo, ut sues catulos suos. 268. P. hic p. hoc. codd. praeter A. omnes et p. est. cf. Serv. ad Aen. I, 435. v. 269 huc transpositus est a Bothio; in codd. legitur post 278. Ceterum A. Rus tu mihi opprobras P. rus tu mihi improbras, V. rustum iodpras D. rustum iod bras. Deinde codd. cum A. omnes ut p. at. Denique P. nacta es, A. nancta est, V. D. nacta esse. 270. te ostentatum A.; V. D. sistentatum, P. subtentatum. codd. praeter A. omnes omm. cum. 271. suaso A. et Festus p. 302, 13 qui etiam quosdam insuaso legere dicit. cf. Paul. p. 111. V. D. resuasu. P. rei suasio. Postremo A. pallulan, V. paliuiam, D. palliuiam. 272. P. om. An. V. bella est, D. della est. Deinde A. nariuluesanias. V. ar me aduenias, D. P. arma aduenias. 273. A. cum mihi inclementer dicis; codd. ceteri cum me illi velim mentiri dicis, nisi quod V. uelin. Deinde codd. praeter A. omnes omm. hoc. 274. A. Mancipion; ceteri mancupium. P. om. qui. Deinde gestas A.; ceteri gesta. Denique A. enos anulos; V. D. henos anuos, P. henos annuos. 275. A. Dignusdal.. neae hae sint. V. D. Dignus dant Lauiniae hic sunt, nisi quod D. Lavimae. P. dignos dant lavinae sic sunt. 276. V. D. atticas; A. P. attingas. Deinde A. Utne tangam; ceteri omm. utne. 277. egomet A.; ceteri ego me. Deinde a me amari mauelim A.; V. amexarmaueum D. iam exama uelim, P. iam examauerim. Denique patulam bouem A.; V. D. patulum uoueri. P. sarculum movere. Paulus p. 221 patulum bovem.

Cumque eá noctem in straméntis pernoctáre perpetém,
Quam tuas cénties cenátas noctes míhi dono darí.
Sed quid ápud nostras negóti, mulier, ést aedis tibí?
Quid tu huc óccursas, in úrbem quotienscúnque advenimús?

ASTAPHIUM.

Mulierés volo conveníre vostras.

STRATULLAX.

Quás tu mulierés
Mihi narrás, ubi musca núlla femina ést in aedibús?

ASTAPHIUM.

Nullan múlier istic hábitat?

STRATULLAX.

Rus abiérunt, inquam: abí.

ASTAPHIUM.

Quid clamás, insane?

STRATULLAX.

Abíre hinc ni properás grandi gradú,
Jam hercle ego stós fictos, compósitos, crispos cíncinnos tuós
Unguentátos usque ex cérebro evellam.

ASTAPHIUM.

Quánam gratiá?

STRATULLAX.

Quia ad forés nostras unguéntis uncta es aúsa accederé,
Quiaque búcculas tam bélle purpuríssatas habés.

ASTAPHIUM.

Erubuí mecastor mísera própter clámorem tuóm.

STRATULLAX.

Itan? erúbuisti? quasi véro corporí reliquerís

278. P. Tuque. Tum ea A., quod ceteri omm. Denique V. D. perpetim. 279. codd. omnes cum A. centum p. centies. V. D. patri p. dari, P. pati. 280. A. ad p. apud. 281. huc A. P.; V. D. hoc occurras. 282. uolo convenire A.; ceteri convenire uolo. D. quos p. quas. 283. A. feminast. 284. Nullan mulier istic A.; ceteri nullan istic mulier, nisi quod V. nullam, D. P. nulla istinc. Deinde abierunt inquam A.; ceteri inquam abierunt. 285. V. D. propera. P. properes. V. D. P. gras p. gradu. 286. codd. praeter A. omnes omm. hercle. Deinde omnes istos, nisi quod V. D. istoc. D. P. cinnos. 287. V. D. uniuentatos. A. e p. ex. codd. praeter A. omnes expellam. D. gratias. 288. uncta es ausa A.; V. D. adeo foras nostras unguant iuncta esse audes, P. iunctas audes. 289. P. Quae p. quiaque. Deinde codd. praeter A. omnes istas buccas p. bucculas. V. D. purporissatis habeost.

Tuo potéstatem colóris ulli cápiendi, malá.
Buccas rúbrica, creta ómne corpus íntinxti tibí.
Pessumae éstis.

ASTAPHIUM.

Quid est, quod vóbis pessumae haé malefecerínt?

STRATULLAX.

Scio ego plús, quam tu arbitráre scire mé.

ASTAPHIUM.

Quid est, obsecró,
Quod sciás?

STRATULLAX.

Erilis nóster filiús apud vos Strabáx
Ut pereát, ut eum inliciátis in malám fraudem et probrúm.

ASTAPHIUM.

Sanus sí videare, dícam: dicis cóntumeliám.
Nemo hominum híc solet períre aput nos: rés perdunt suás.
Ubi res pérdidere, abeíre hinc si volúnt, salvis licét.
Ego nunc nón novi adulescéntem vostrum.

STRATULLAX.

Véron?

ASTAPHIUM.

Serió.

STRATULLAX.

Quid? macéria illa ait, in hórto quae est, quae in nóctes singulás
Latere fít minor, qua is ád vos damni pérmensust viám.

292. Prisc. I p. 228 et 266 ed. Hertz om. tuo. 293. rubrica creta A.; V. rubrice ceta, D. P. rubriceta. Deinde intinxti Scaliger: P. intinxisti, A. intixi, V. D. intinxit. 294. P. nobis p. vobis. Deinde A. pessimae hae malefecerint. V. pessume hec ma, D. pessumaehaec, P. pessume est. 295. quam tu arbitrare scire me A.; ceteri: quam me arbitrarier scire, nisi quod P. arbitreris. Deinde A. quidst, ceteri quid id est. 296. V. D. P. herus. V. D. apud uostram pax. P. apud vostram perit. 297. pereat ut A.; V. per extut, D. per extute. P. perastute. V. D. P. iniciatis. Postremo codd. praeter A. omnes praemium p. probrum. 298. A. uidearis. 299. V. D. hominem haec. Deinde solet perire aput A.; ceteri perire solet apud. 300. V. D. perdiderunt, P. perdiderunt res. saluis A.: V. D. utuis, P. uti vis. 301. A...nes...no non noui (fortasse: sane hunc non novi) V. D. Ego nunc noui, P. Ego hunc noui. V. D. serion. 302. Quid A. et Prisc. I. p. 189 ed. Hertz; codd. ceteri Qui in. V. aut p. ait, quod om. P. 303. V. D. lateri. Deinde A. is aput uos, V. D. isti uos, P. isti nos, Prisc. l. c. is hoc ad vos. Denique A. damnis. V. permensus tuum D. tuam. Prisc. permensus viam est.

ASTAPHIUM.

Nil mirúm, vetus est macéria, lateres sí veteres ruónt.

STRATULLAX.

Ain tu véro veteres láteres ruere? núnquam edepol mihí
Quisquam homó mortalis pósthac duarum rérum creduát,
Ni ego eró maiori vóstro facta dénarraveró.

ASTAPHIUM.

Estne itém violentus út tu?

STRATULLAX.

Non enim ís meretriculís
Munerándis rem coégit, verum pársimoniaé
Duritiaéque, quae nunc ád vos clam exportántur, pessumaé.
Ea vos éstis, exunguímini, ebibitis: égone haec mussitém?
Jam quidem hércle ibo ad forum átque haec facta nárrabo sení
Neque istuc ín sése gestábit: ingruet éxamen malí.

ASTAPHIUM.

Si ecastór hic homo sinápi victitét, non censeám
Tam esse trístem posse, at pól ero benevoléns ut is est suó!
Verum illum égo, quamquam violéntust, spero mútari potést
Blandiméntis, hortaméntis ceterís meretriciís.
Vidi equidem éx inimicis dómitas fieri atque álias beluás.
Nunc ad erám redibo. séd odium eccum prógreditur meúm.
Tristis éxit. Haud convénit etiam hic dúm Phronesiúm.

304. A. cum Prisc. Nihil mirum, ceteri non mirum, nisi quod D. nomirum. A. etus p. vetus. V. D. macere. Prisc. veteres si lateres. 305. A. Ain tu uero ueteres lateres rure; ceteri: ain tu male lateres ueteres. Deinde V. D. uere p. ruere. Prisc. Ain tu veteres lateres ruere. 307. Ni ego ero maiori uostro A.: V. D. Ni esse ego uostra ero amari. P. Ni ego vestra ero amata. 308. Estne item uiolentus ut tu A.; V. D. estne ille uiolentus suum, ut P. qui tamen om. suum. Deinde codd. omnes ille p. is. 309. Munerandis A.; V. D. moniendis, P. muniendis. Deinde V. re cogi, D. P. rem cogi. 310. A. duritiaque V. D. durieque. P. Ruri aeque. Deinde ad uos clam exportantur pessumae A.; ceteri: duo sciam exportatur pessumum. 311. Ea uos estis exunguimini ebibitis A.; ceteri em tuos exungula male uiuitis. Deinde haec A.; ceteri hic. 312. A. ercle ibo ad forum adque; ceteri: exercere ibi forum atque. 313. codd. omnes in se gestit p. in sese gestabit. Deinde cum A. omnes: ergo coget examen mali, nisi quod V. exanimen, D. P. exanimem. 315. A. ad p. at — ut si p. ut is. V. D. suos P. uti estis vos. 316. A. uiolentum est. V. imitari D. imutari. 317. hortamentis A.; ceteri ornamentis. V. D. ceteres meretrices. 318. V. D. exinem intu domito, nisi quod D. intum. P. ex indomito. V. uelbas. 319. V. reiubebo D. reuidebo. P. ire iubebo. Deinde codd. omnes, om. sed: eccum odium, nisi quod V. D. et cum. Correxit Göller. 320. codd. ad conuenire p. haud convenit et miro consensu bum p. dum.

DINIARCHUS. ASTAPHIUM.

DINIARCHUS.

Piscis ego crédo, qui usque dúm vivont, lavánt,
Minus diu laváre, quam haec lavát Phronesiúm.
Si proinde améntur mulierés, diu quam lavánt,
Omnès amántes balneátores siént.

ASTAPHIUM.

Non quis parúmper durans óppeririér?

DINIARCHUS.

Quin hercle lássus iam sum dúrando misér.
Mihi quoque prae lássitudine ópus est ut lavém.
Sed obsecro hércle, Astaphium, i íntro ac nuntiá
Me adesse: i própere et suade iam út satis laverít.

ASTAPHIUM.

Licet.

DINIARCHUS.

Audin étiam?

ASTAPHIUM.

Quid vis?

DINIARCHUS.

Dí me perduínt,
Qui te revocávi: non tibi dícebam. i modó.

ASTAPHIUM.

Quid iam revocábas? improbé nihilique homó,
Quae vox tibi míle passuúm peperit morám.

DINIARCHUS.

Sed quid haec hic aútem tam diu ánte aedis stetít?
Nescio quem praéstolata est: crédo militém.
Illum studént iam: quasi voltúrii triduó

V. Dimarcus ancilla Astaphnium. D. Ancilla Astaphum Dinarcus. P. Dinarchus. Ascaphium. 321. V. D. quit p. qui. 322. lauare D.; Varro de l. l. p. 534 ed. Spengel diu minus lavari, codd. ceteri lauere. 323. lauant P.; V. iuuant, D. uiuant. 324. D. P. amatores p. amantes. V. stent. 325. V. D. durari, P. durare p. durans. 327. V. D. opus est laue. P. opus est lauare. 329. i propere Göller; V. D. tui properet, P. cui properet. V. D. suaue P. suavium. 332. V. iam me revocabas. P. improbus. 333. P. Qui. codd. omnes omm. vox. P. peperi. Postremo omnes morae. 335. V. D. presto ita lata est. 336. V. uolo turi ceri duo, D. uolturi heri duo P. voltori duo.

Prius praedivínant, quo die ésuri siént.
Illum inhiant ómnes: illi est ánimus ómnibús.
Me nemo mágis respiciet, úbi istic venerít,
Quam si hinc ducéntos annos fúerim mortuós.
Ut rei servíre suave est! vaé misero mihí!
Post factum pléctor, quia antepártum perdidí.
Verum nunc sí qua mi obtigerít hereditás
Magna atque lúculenta, núnc postquam sció,
Dulce atque amárum quid sit éx pecuniá,
Ego istos, qui núnc me culpant, cónfutaverím.
Ita ego edepol sérvem illam itaque párce victitém,
Ut nulla fáxim cis diés paucos siét.
Sed aestuósas sentio áperiri forés,
Quae obsorbent, quícquid venit íntra pessulós.

PHRONESIUM. DINIARCHUS.

PHRONESIUM.

Num tibinam, amábo, ianua ést mordax meá,
Quo introire métuas, mea volúptas?

DINIARCHUS.

Ver vidé!
Ut tota flóret! ut olet! út nitide nitét!

PHRONESIUM.

Qui tam inficétu's, Lemno advéniens qui tuaé
Non des amicae, Diniárche, saviúm?

DINIARCHUS.

Vah! vapulo hércle nunc ego átque adeo malé.

339. V. nimo, D. nimio, P. nihilo. Deinde istic Both.; V. D. is est huc. P. is huc. 341. codd. utrum seruire salue est, nisi quod V. seure. Deinde V. D. ueue, P. neve. 342. V. D. flector. 343. V. D. obtegerit. 346. V. nuncine. V. D. confutauerunt. P. confutauero. Hic versus in codd. sequitur post v. 348: huc transpositus est a Göllero. 347. codd. illam edepol seruem. 348. P. fiet. 349. aestuosas Bothius: V. D. est uos ad P. Sed assentio. 350. V. D. infra.

V. PRONESIUM DINARCUS. D. Pronestum. Dinarcus. P. Phronesium. Dinarchus. 352. V. D. uoluntas. D. P. feruide. 353. A. lota. V. ole lui p. olet ut, D. ole ui, P. oleum. 354. A. P. Quid p. Qui. Deinde A. facetus p. inficetus. P. infaçctus leno — quae. V. D. quidue p. quid tuae. 355. Diniarche sauium A.; V. dini archis auiuium, D. diniarchis auiuum. P. Dinarche savium. 356. A. hercule. Deinde codd. omnes: ego nunc.

PHRONESIUM.
Cur te avortísti?
DINIARCHUS.
Salva sís, Phronesiúm.
PHRONESIUM.
Salve: hicine cénas hodie, sálvos cum advenís?
DINIARCHUS.
Promisi.
PHRONESIUM.
Ubi tú cenabis?
DINIARCHUS.
Ubi tu iusserís.
PHRONESIUM.
Hic me lubénte facies.
DINIARCHUS.
Edepol me magís.
Nempe tu eris hódie mecum, méa Phronesiúm.
PHRONESIUM.
Vellem, si fíeri posset.
DINIARCHUS.
Cédo soleas mihí.
Properate: auférte mensam.
PHRONESIUM.
Amábo, sanun és?
DINIARCHUS.
Non edepol bíbere possum iam: íta animo male ést.
PHRONESIUM.
Mane: aliquid fíet. ne abi.
DINIARCHUS.
Ah! áspersisti aquám.
Jam rediit ánimus. Deme sóleas: cedo, bibám.

357. codd. Quo p. Cur. V. D. auortistis. V. salua sim, D. sim salua. P. salve. 358. hicine cenas hodie A.; ceteri: hicne hodie cenas. Deinde A. V. D. saluus. A. quum. 359. ubi tu cenabis Bothius; A. ubi cenas. V. D. ube cenabist. P. ube cenabo. 360. P. Hoc p. hic. V. iubente. 361. P. una p. mea. V. D. promestum. 362. Vellem — posset A.; ceteri velim — possit. V. D. credo p. cedo. 363. P. afferte. 364. A. V. D. malest. 365. V. Male p. mane. A. Ha p. Ah. V. D. fine abi ab has persisti, P. cibi p. ne abi, om. ah. 366. V. uiuam, D. uiuum, P. vinum.

PHRONESIUM.

Idem es mecástor, qui solés. sed dic mihí,
Benene ambulátum est?

DINIARCHUS.

Huc quidem hércle ad te bené,
Quia tui vidéndi copia ést.

PHRONESIUM.

Complecteré.

DINIARCHUS.

Lubens. Hui! hóc est melle dúlci dulciús.
Hoc tuis fortúnis, Juppitér, praestant meaé.

PHRONESIUM.

Da savium.

DINIARCHUS.

Immo vel decem.

PHRONESIUM.

Em, istoc pauper és.
Plus pollicére, quam abs te pósco aut postuló.

DINIARCHUS.

Utinam item a princípio rei pepércisses meaé,
Ut nunc repércis saviís.

PHRONESIUM.

Si quid tibí
Conpendi fácere possim, fáctum edepol velím.

DINIARCHUS.

Jam lauta es?

PHRONESIUM.

Laúta mihi quidem átque oculis meís.
Num tibi sordére videor?

367. mecastor A.: ceteri ecastor. V. D. dicat p. dic. P. dicas. 368. Benene A.; V. D. Benenam, P. Benenum. A. ambulatumst; V. bulasti D. P. ambulasti. P. Nunc p. Huc. A. at te bene; V. D. attibent, P. attibene. 369. Quia A.; V. D. Quam P. Quoniam. Deinde uidendi A.: V. D. P. uidendum. copia est A.: ceteri est copia. 370. A. lubens hunc hoc est melle; V. D. libens ad hoc est me illi, P. libens at hoc est melle. 372. da sauium A.; V. D. dant suavium, P. da nunc suavium. Postremo em istoc pauper es A.: ceteri utem istoc pauper esse. 373. A. quam abs te posco au postulo; ceteri quam ego a te postulo. 374. item a principio rei pepercisses meae A.: ceteri a principio rei item parsissem meae. 375. repercis A.; V. D. reparcis, P. te parcis. 376. V. D. factam, P. faciam. 377. A. Jam lauistis. Lauta. V. D. Jam iaui aisse iam pol, P. Jamiam aisse iam pol.

DINIARCHUS.

Nón pol mihi quidém.
Verum tempéstas memini quóndam dum fuít,
Tum inter nos sórdebamus álter de alteró.
Sed quod ego fácinus audivi ádveniens tuóm,
Quod tu hic me absénte novi negóti gesserís?

PHRONESIUM.

Quid id est?

DINIARCHUS.

Primúmdum cum tu es aúcta liberís,
Cumque bene próvenisti sálva, gaudeó.

PHRONESIUM.

Concedite hínc vos intro atque óperite ostiúm.
Tu nunc supérstes solus sérmoni es meó.
Tibi mea consília semper súmma credidí.
Equidem neque péperi puerum néque praegnas fuí,
Verum adsimulásse me esse praégnatem haud negó.

DINIARCHUS.

Quapropter, ó mea vita?

PHRONESIUM.

Própter militém
Babyloniénsem, qui quasi úxorem sibí
Me habebat ánnum dum hic fuít.

DINIARCHUS.

Ego senserám.
Sed quid istuc? quoí rei id te adsimuláre rettulít?

379. A. tempestas quondam dum uiuim fuit. ceteri tempestas memini quondam fuit. 380. Tum — sordebamus A.; ceteri cum — sorderemus. Deinde alter de altero A.; ceteri alteri. 381. quod A.; ceteri quid. A. adudiui. 382. codd. praeter A. omnes absente me. V. D. negotiis. v. 383 accessit ex A. 384. V. P. praeuenisti D. puenisti. P. sane. v. 385—86 accesserunt ex A., qui v. 385 exhibet operit, v. 386 meo est. 387. semper summa A.; ceteri summa semper, nisi quod V. D. summas. Iidem crebri. 388. neque — neque A.; ceteri nec — nec, nisi quod V. nam p. posteriori nec. Praeterea V. perperi, V. D. pregnam, P. praegnans. 389. adsimulasse A.; ceteri adsimulaui. V. D. isse p. esse. Postremo nego A.; ceteri ego. 390. V. D. quaepropter. D. P. omm. o. D. meam uitam. 391. V. D. Babiloniensem. 392. annum Bothius: V. D. annoum P. anno uno. 393. D. Sed quid istic P. Sed istic. D. item p. id tę V. P. omm. id.

PHRONESIUM.

Ut esset áliquis laqueus ét redimiculúm,
Revorsiónem ut ad me fáceret denuó.
Nunc huc remísit nuper ád me epistulám,
Sese expertúrum, quanti sése penderém.
Si, quod peperíssem, id educárem ac tollerém,
Bona sua me habitúram esse omnia.

DINIARCHUS.

Aúsculto lubéns.
Quid denique ágitis?

PHRONESIUM.

Mater áncillas iubét,
Quoniam iam décimus mensis ádventat propé,
Aliam aliorsum íre, praemandáre et quaereré
Puerum aut puéllam, qui suppónantur mihí.
Quid multa vérba faciam? tónstricem Surám
Novisti, nóstras aedes érga quae habitat?

DINIARCHUS.

Novi.

PHRONESIUM.

Haec dát operam, circumít per familiás,
Puerum vestígat clanculum, ád me detulít.
Datum sibi ésse dixit.

DINIARCHUS.

O mercis malaé.
Eum nunc non ílla peperit, quaé peperit priór,
Sed tu postérior.

PHRONESIUM.

Ordine ómnem rem tenés.
Nunc ut praemísit nunciúm miles mihí,
Non multo póst hic aderit.

394. V. iaqueust D. iaquaeusque est P. utque usque est. 397. V. D. perderem. 398. D. quid. V. D. ecarem. P. om. id educarem. D. P. attollerem. 399. V. D. summe p. sua me. codd. omnes habiturum omnia esse. 401. V. non p. iam. 402. V. D. Alia maior sum. 403. V. qui soupponantur. D. quis opponantur. 404. V. D. Qui. 405. V. D. P. nouisi nostram quem erga aedem sese habet, nisi quod P. novisti — quae erga eadem. 406. codd. omnes ut p. dat. 407. D. clanculit. 408. D. P. omm. o. 409. codd. patior p. prior. 412. codd. haec. p. hic — nunc p. hinc.

DINIARCHUS.

Hínc tu te interím
Quasi pro puérpera hic procúras?

PHRONESIUM.

Quippiní?
Ubi sine labóre res gerí pulcre potést?
Ad suom quemque hóminem quaestum esse aéquom est callidúm.

DINIARCHUS.

Quid me futúrum est, quando míles venerít?
Relictusne ábs te vivam?

PHRONESIUM.

Ubi íllúd, quod voló,
Habebo ab íllo, facile invéniam, quomodó
Divortium ét discordiam ínter nos parém.
Post id ego técum, mea volúptas, usque eró
Adsiduo.

DINIARCHUS.

Immo hércle vero accúbuo mavelím.

PHRONESIUM.

Quin dis sacrúficare hodie pró puero voló,
Quinto dié, quod fieri opórtet.

DINIARCHUS.

Censeó.

PHRONESIUM.

Non audes áliquod dare mihí munusculúm?

DINIARCHUS.

Lucrum hercle vídeor facere mí, voluptas meá,
Ubi quippiám me poscis.

PHRONESIUM.

At ego, ubi abstulí.

413. V. D. propuera hic procurast, P. om. pro: puerpera hic procura. 414. V. D. pulcri. 415. V. D. sum. Deinde codd. omnes: quemque aequom est quaestum esse. cf. Asin. I, 3, 34. 418. V. inuenio. 419. V. D. discordia. 420. V. postida. Deinde ego tecum Bothius: V. D. ego totum tecum. P. ego tota tecum. V. D. voluntas. 421. P. accubio. cf. Lachm. ad Lucr. p. 307. 422. V. D. his p. dis. codd. omnes hodie sacruficare. Post hunc versum D. repetit: adsido immo hercle uero ex v. 421, P. tantum: immo hercle vero. 423. V. optet icenseo. D. P. optet censeo. 424. V. aliquid mihi dare munus ciuilim, D. aliquod — ciuilium, P. mihi aliquod dare munus ciuilium. 425. V. D. facerem mihi uoluntas mehiea, nisi quod D. meheia. 426. V. D. P. posces. V. D. abstulit, nisi quod V. astulit.

DINIARCHUS.

Jam faxo hic áderit: servolum húc mittam meúm.

PHRONESIUM.

Sic facito.

DINIARCHUS.

Quícquid autem erít, boni consulás.

PHRONESIUM.

Ecastor múnus te curáturum sció,
Cuius me nón poeniteat út mittas mihí.

DINIARCHUS.

Num quidquam mé vis aliud?

PHRONESIUM.

Ut, quando otiúm
Tibi sit, ad mé revisas ét valeas.

DINIARCHUS.

Valé.
Pro di immortáles! non amántis mulierís
Sed unanimántis sociae, fídentis fuít
Officium fácere, quod modo haéc fecit mihí,
Suppositiónem pueri quaé mihi credidít,
Germanae quód sorori nón credit sorór.
Ostendit sése iam mihí medullitús,
Se mi infidélem numquam sé viva foré.
Egone illam ut nón amem? egone illi út non bene velím?
Me potius nón amabo, quam huíc desit amór.
Ego isti non múnus mittam? iám domo ilicó
Jubebo ad ístam quinque pérferri minás,
Praeterea obsónari duntáxat ad minám.
Multo illi pótius bene erit, béne quae volt mihí,
Quam mihimet, ómnia qui mihí facio malé.

428. V. D. quitquit ait uierit bona. P. bene. 430. codd. Ut cuius non me poeniteat, nisi quod P. eius p. cuius. Transposuit ut Bothius. V. mitta. D. P. mitte. 431. codd. quippiam, nisi quod V. quirpiam. V. D. alium. 432. P. om. ad. V. D. reuisast ualeas. 434. unanimantis sociae Göller: codd. sociae unanimantis. 435. V. ficit. D. facit. 436. V. puerim. V. D. quem hinc reddidit. 437. V. sororim. 438. sese iam mihi Non. p. 139: codd. mihi iam sese. 439. V. D. ne uiuat. P. dum vivat, Non. dum vivam. 440. V. D. illud p. illi ut, P. illi. 442. P. minus. codd. iam modo ex hoc loco, nisi quod V. mo p. modo. Both. iam domo eloco. 444. V. D. at mina P. hac mina. 445. codd. quae bene uolt. 446. P. quae p. qui. codd. omnes facto mala.

PHRONESIUM.

Puero istí date mammam. ut míserae matres sóllicitaeque súnt
Ex animó suo cruciánturque! edepol cómmentum malé.
Cumque eám rem in corde agitó, nimio minus pérhibemur malaé,
Quam sumus íngenio. id ego prímum de me dócta dictitó.
Quanta ést cura in ánimo, quantúm corde cápio
Dolórem, dolús ne occidát morte púeri!
Matér dicta quód sum, eo magís studeo vítae,
Quae hunc aúsa sum tántum dolúm clam adgredíri.
Lucrí caussa avára probrúm sum execúta:
Aliénos dolóres mihí supposívi.
Sed núllam rem opórtet dolóse adgredíri,
Nisi ástute eam áccuratéque exsequáre.
Vosmét iam vidétis, ut órnata incédo:
Puérperio egó nunc med ésse aegram adsímulo.
Male quod múlier facere incépit, nisi id efficere perpetrát,
Id illi mórbo, id illi sénio, ea illi míserae miseria ést.
Bene si fácere incepit, éius enim cito ódium percipít.
Nimis quam paúcae sunt deféssae, male quae fácere occeperúnt,
Nimis quam paúcae efficiunt, sí quid facere occéperint bené.
Mulierí nimio malefácere levius ónus est, quam bené.
Ego quod mála sum, matris ópera mala sum et meápte malitiá.
Quae me grávidam esse adsimulávi milití Babylonió:
Eam nunc málitiam accurátam miles ínveniat voló.
Is hic haud múlto post credo áderit: nunc prius praécaveo sciéns
Eumque ornátum induta, grávida quasi puérperio cubém.
Date mi huc stáctam atque ignem in áram, ut venerem Lúcinam meám.
Hic appónite atque abíte ab oculis. ého! Pitheciúm,

447. V. amammam. D. matris. codd. omm. sunt. 448. V. D. ex animos uni. P. exanimos. V. D. cruciantque. P. cruciantur. 449. P. malo. 450. codd. omm. id. Deinde omnes: prima de me modo, V. D. dicta dicito. 453. V. magi. 454. D. om. hunc. Deinde clam Camerarius, dolum clam Bothius: V. D. tantumdem dolum, P. tantum dolum. Denique V. adgrediari D. adgrediar, P. aggredi. 456. D. P. supposui. 457. codd. omm. sed. P. aggredi. 458. codd. omm. eam. V. D. exsequere. 460. D. essem egratia. 461. codd. omm. id. 462. D. senio est. 463. D. si bene. P. om si. V. scito. 464. D. nimisquae P. nimisque. D. occeperent. Versus abest a V. 465. V. P. nimisque. D. nimisquae. Postremo: facere occeperint bene Bothius: codd. occeperint benefacere. 466. P. nimioque. Deinde levius P.; V. D. melius, D. P. est onus. 467. D. malus sum. 468. V. D. babilonio. 470. V. D. istic aut P. istic haud. V. D. prece caveo P. precavero. 471. V. D. ornatum ut grauida. P. Cumque ornatu gravida — accubem. Scripsi Eumque ornatum induta. 472. codd. omnes eiectam — uicinam. 473. V. eo pihecium. D. o. pihetium. P. opietium.

Face ut accúmbam: accede, adiúta. sic decét puerperám.
Soleas míhi deduce, pállium iniice ín me huc, Archilís.
Ubi es Astáphium? fer huc verbénam mihi, thus ét bellariá.
Date aquam mánibus. Nunc ecástor ut veniát miles velím.

STRATOPHANES. PHRONESIUM. ASTAPHIUM.

STRATOPHANES.

Ne expectétis, spectatóres, meas pugnás dum praedicém:
Manibus duélla praedicáre soleo, haud ín sermonibús.
Scio ego múltos memoravísse milités mendaciúm
Et homicídarum post ílla cumulus mémorari potést,
Qui et convícti et condemnáti falsis dé pugnis siént.
Non laudándus est, qui crédit quae audit plús quam quae vidét.
Non placét, cum illi plus laúdant qui audiúnt, quam qui vidént.
Pluris ést oculatus téstis unus, quam aúriti decém.
Qui audiúnt, audita dícunt; qui vidént, plane sciúnt.
Non placét, quem scurrae laúdant, manipuláris mussitánt,
Neque illi, quórum lingua gládiorum aciem praéstringit domí.
Strenuí nimio plus prósunt populo, quam árguti et catí.
Facile síbi facunditátem virtus árgutam invenít.
Sine virtúte argutum cívem mihi habeám pro praeficá,
Quae alios cóllaudat, eápse sese véro non potést.
Nunc ad amícam decumo ménse post Athénas Atticás
Viso, quám gravidam hic relíqui meo compréssu, quid ea agát.

474. P. accubam. codd. adiutare. V. D. puerieram. 475. codd. omnes solias. V. D. duce, P. date. V. D. minice. D. om. in me. 476. V. D. ubi saphilim. V. uerbanam — tus. 477. V. D. dat — ecastorum ueniret. P. ecastor ut veniret.

V. D. Miles. Meretrix. Ancilla. P. Miles Stratophanes. Phronesium meretrix. Ascaphium ancilla. 478. D. expectens. P. ut p. dum. 479. duella Gronovius: codd. duellis. V. D. predicarem. 480. V. D. memorauissem. 481. codd. omnes et homeronidam et post illam illi. Scripsi homicidarum post illa cumulus. 482. P. falsi. V. D. depugnassient. P. de pugna sient. 483. V. D. laudandum est. Deinde qui P.; V. D. cui. Denique: credit quae audit plus Bothius: P. plus credit quae audit quam quae videat, V. D. plus credit qui audit quam qui uidet. 484. D. quia p. quam. Versus abest a P. 485. V. D. omm. unus, quod exhibet P. et Paulus p. 179. Deinde codd. omnes auritae, V. D. decet. 486. V. D. auditas. D. scient. 489. V. D. arguit ec cati. P. argute rati. 490. codd. omnes arguta. 491. pro praefica Varro l. l. p. 350: V. D. profecta. P. profecto. 492. collaudat V.; D. conlaudate P. conlaudari. Non. 67, 3 collaudare. V. eapsa se. D. ab se se. P. ab se. Non. a se. Deinde sese Bothius. 493. codd. omnes omm. ad, quod addit Non. 457, 21. 494. codd. omm. hic, quod exstat apud Nonium. V. compressum.

PHRONESIUM.

Ibi ecquis lóquitur?

ASTAPHIUM.

Jam propínque miles, méa Phronesiúm,
Tibi adest Strátophanes. Nunc tíbi opust, aegram ut te ássimules.

PHRONESIUM.

Tacé.
Quid? adhuc égeo tui ammonitrícis? men maleficio vincerés?

STRATOPHANES.

Peperit múlier, ut ego opínor.

ASTAPHIUM.

Vin adeam ád hominem?

PHRONESIUM.

Voló.

STRATOPHANES.

Euge Astáphium eccam: it mi advórsum.

ASTAPHIUM.

Salve ecástor, Stratophanés.
Bene te sálvom

STRATOPHANES.

Scio sed péperitne, obsecró, Phronesiúm?

ASTAPHIUM.

Peperit púerum nimium lépidum.

STRATOPHANES.

Ecquid meí similist?

ASTAPHIUM.

Rogás?
Quin ubi nátus est machaéram et clypeum póscebat sibí.

495. V. D. vibet quis. P. vide quis. D. propinqua P. propinquat. 496. V. D. ades stratophones. V. P. opus est, D. om. est. V. aegram multe. 497. codd. omnes Cui. Deinde codd. omnes: adhuc ego tu malam meam emonet ruri, nisi quod P. abhuc, D. P. mala, P. in eam. Denique codd. omnes: a me maleficio vincere est, nisi quod D. P. mafficio. 498. V. D. Reperit, P. Repperit. Deinde codd. omnes adea aut hominem ut uolo. 499. V. D. euge Sthaphin maccam id, nisi quod V. euga. D. Staphin. P. om. it. V. D. stratiopanes. 500. codd. uenire p. bene te. 501. V. ehecquit D. haec quit. Deinde mei Ritschelius: codd. mihi simile est, nisi quod V. D. simille. 502. V. maceram et clipeum.

STRATOPHANES.

Meus est, scío iam de arguméntis.

ASTAPHIUM.

Nimis quidém similist.

STRATOPHANES.

Papaé!

Jam magnúst? iam leto dát legionem, quám spoliare vólt?

ASTAPHIUM.

Hodie núdius quintus nátus ille quidem ést.

STRATOPHANES.

Quid postéa?

Inter tót dies quidem hércle iam aliquid áctum oportuít.

Quid illi ex útero exitio est, priúsquam poterat íre in proeliúm?

ASTAPHIUM.

Consequere átque illam salúta et gratuláre illi.

STRATOPHANES.

Sequór.

PHRONESIUM.

Ubi illa est, óbsecro, quae me híc reliquit átque eapse abstitít?

ASTAPHIUM.

Adsum: addúco tibi exoptátum Stratophanem.

PHRONESIUM.

Ubi is est? obsecró.

STRATOPHANES.

Mars peregre ádveniens salútat Nerienem úxorem suám.
Cum tu récte provenísti quomque es aúcta liberís,
Gratulór, cum mihi tibíque magnum péperisti decús.

PHRONESIUM.

Salve, quí me interfecísti paene et víta et luminé,

503. codd. omnes nimium. V. D. quidui similest. 504. codd. omnes iamne p. iam posteriori. Deinde V. letat D. P. lectat. Scripsi leto dat. Denique volt Bothius: V. D. quam spoliaret uelit, P. spoliare uelit. 505. Hodie Kampmannus, cf. supra v. 422: codd. ere, nisi quod P. Here. Deinde codd. quidem ille. 506. aliquid actum Bothius: codd. actum aliquid. 508. V. D. gratulari. 509. est obsecro Bothius: codd. obsecro est. Deinde codd. omm. atque, quod addidit Acidalius. Denique V. eabse, D. P. ab se, omnes abisti. 510. V. D. adduce. V. stratopane D. stratopanem. V. D. nubilis p. ubi is, P. ubi ille. 511. P. Venerem. cf. Gell. XIII, 22, 11. 512. V. D. quamqua. 513. peperisti Göller: V. D. deristi P. dedisti. 514. V. ut ulta p. et vita, D. ut ultra.

Quique míhi magnos dolóres per volúptatem tuám
Condidísti in corpus, quó nunc etiam mórbo misera súm.

STRATOPHANES.

Eia, haud áb re, mea volúptas, tibi istic óbvenit labós:
Filiúm peperisti, qui aédis spoliis ópplebit tuás.

PHRONESIUM.

Multo ecástor magis opplétis tritici opúst granariís,
Ne, ille priúsquam spolia cápiat, hic nos éxtinxit famés.

STRATOPHANES.

Habe bonum ánimum.

PHRONESIUM.

Saviúm pete hinc sis. Ah! nequeo capút
Tollere: íta dolui itaque núnc ego doleo néque etiam queó
Pedibus méa sponte ambuláre.

STRATOPHANES.

Si plane éx medio marí
Saviúm tuom petere iúbeas, petere haud pígeat, mel meúm.
Id ita esse éxperta es nuncque éxperiere, méa Phronesiúm,
Me te amáre. adduxi ancíllas tibi eccas éx Suria duás:
Iis te dóno. Adduce huc ístas. Ecce hae réginae domí
Suae fuérunt ambae, vérum patriam ego éxcidi manú.
Iis te dóno.

PHRONESIUM.

Poenitétne te, quot mi áncillae siént,
Quin etiam ínsuper tu addúcas, quae mihí comedint cibúm?

515. Quique mihi magnos dolores P.; V. D. quiquem ibi magni doloris. 517. V. D. Cela ad ob rem P. Quamobrem. Deinde tibi istic obvenit labos Göller: codd. omnes tibi obuenit labos istec, nisi quod P. iste. 519. tritici opust Bothius: codd. opus est tritici. V. granareis. D. P. granarii. 520. codd. omnes: hinc. 521. V. D. habebo unum anunt. Deinde pete hinc sis ah! Bothius: codd. sis pete hinc ab, nisi quod P. om. sis. 522. V. D. do ut p. dolui. Deinde V. ego medulo D. ego me dolo P. ego me doleo p. nunc ego doleo. D. P. iam p. étiam. 523. V. meas ponite. P. me p. plane. D. maria. 524. tuom petere Bothius: codd. petere tuum. V. hau. V. D. me im me in meum, nisi quod D. in me, P. me, om. mel meum. Delevit me Bothius. 525. V. esse p. es, quod om. P. Deinde codd. nunc, om. que. P. experire. 526. V. cecas. P. e Syria V. D. exuri. P. om. duas. 527. V. Iste D. P. Istas. Deinde huc P.; V. D. hoc. V. sed istae reginae D. P. sed reginae. 528. fuerunt Bothius: codd. fuere. 529. V. D. iste, quod om P. Deinde V. quod ancilla siam D. quod ancillast iam P. quod ancillae. Donat. ad Eun. V. 7, 12 quod ancillam solam. 530. V. D. etiam men super adducas. P. etiam super adducis. V. D. cometin P. comedant.

STRATOPHANES.

Hoc quidem hércle ingratum est dónum: cedo istam púere perulam. Em!
Mea volúptas, attuli éccam pallulam éx Phrygia tibí.
Tene tibi.

PHRONESIUM.

Hócine mihi ob labóres tantos tántillum darí?

STRATOPHANES.

Perii hercle égo miser: iam mi aúro contra cónstat filiús.
Etiam id níhili pendit. áddo purpuram éx Sarra tibí.
Attuli ét duas Ponto amoénas. Tene tibí, voluptas meá.
Accipe hóc: abducite ístas hinc e cónspectu Surás.
Ecquid amás me?

PHRONESIUM.

Nihil ecástor: neque merés.

STRATOPHANES.

Nilne huic sat ést?
Ne unum vérbum mihi quidém nunc dixit. Víginti minís
Venire íllaec posse crédo dona, quae éi dono dedí.
Vehementér nunc mi est iráta: sentio átque intellegó.
Verum adíbo. Quid ais núnc tu? num me vís, voluptas meá,
Quo vocátus sum, ire ad cénam? mox ad te húc cubitum iveró.
Quid tacés? planissume édepol perii. séd illuc quid boni ést?
Quis is homo ést, qui ducit pómpam tantam? cértum est, quo feránt,
Observáre. huic, credo, fértur, verum iám scibo magís.

531. V. hercles ingratust, D. P. hercle si ingratumst. Deinde codd. cedo tu mihi istam, V. D. peruiam. P. pallulam. V. Im, D. I, P. Hem. 532. V. attoli D. attolli. V. paluuam D. palauiam. Deinde ex Phrygia Kampmannus: V. ex parigra tibi P. D. ex pari gratia tibi, nisi quod P. om. tibi. 533. V. D. tantillis. 534. D. Per p. Perii: codd. omnes omm. *ego* et *mi*. P. stat p. constat. 535. V. etiannum mali pendit D. etiam mim mali pendit P. Etiam nihili pendit. Deinde codd. omnes addit. ex Sarra Scaliger: V. D. exarat P. exorat. 536. V. tua sponte D. P. tuas ponto. 537. V. D. accepi. Deinde abducite istas Bothius: codd. abduce hasce. V. ince p. hinc e, D. P. in. P. conspecto vestro. 538. V. equidem as me, D. et quidem has me. V. D. castor. V. nihil nec. P. *Phron.* Equidem has ecastor nihil moror. *Strat.* Nihilne huic sat est. 539. V. Nemonum. codd. omnes omm. mihi. V. D. num, quod om. P. 540. V. D. dedit. 541. P. mihi nunc. 542. num me vis Bothius: V. nunem uis mea. D. P. num neuis me. 543. V. adhuc p. ad te huc. P. D. huc. V. D. inero. P. iero. 544. codd. quid illuc, nisi quod V. quit. 545. Quis is homo est qui ducit Bothius: codd. Quis homo est qui inducit. V. cercum sit p. certum est.

GETA. PHRONESIUM. STRATOPHANES.

GETA.

Ite, íte, hac simúl maliferei damnigéruli
Forás congerrónes, bonórum exagógae!
Satin si quis amát, nequit quin nihilí sit atque improbis ártibus se expoliát?
Verum hóc qui sciám, ne quis íd quaerat éx me,
Domi ést, qui facít nequam, impróba facta, amátor.
Pro stércore sua bóna habet, forás iubet ecférri.
Quin métuit cubículum ne múndissimúm sit.
Sibi puras ésse volt aedís.
Domi quicquid habét, verritur ἔξω. Quandoquidem ipsús se perdit,
Secreto equidem íllum adiutabó, nec mea quidem is ópera hercle umquam
Hilo minús cito tam própere, quam potést, peribit.
Nam de hoc óbsonatu dé mina una déminui modó
Quinque númmos: mihi detráxi partem inde Hérculaneám.
Nam hoc adsímile est, quasi de flóvio qui aquam dérivat sibí:
Nisi derívetur, tamen ómnis ea aqua ábeat in maré.
Nam hoc in máre abit, misere péssum it sine bona ómni gratiá.
Cum haec video fieri, suffurór, de praeda praédam capio.
Meretricem ego item ésse reor, mare ut ést: quod des, devorát nec abundat.

V. ASTARC p. Stratophanes, D. ASTAPHIUM. P. Geta seruus. Stratophanes miles. Phronesium meretrix. 547. V. D. mulierei p. maliferei, P. muliere. 548. codd. gerronis p. congerrones. Deinde V. magagoce, D. P. axagoce. 549. V. D. se p. si. P. satis est qui. Deinde D. nihil is itaque inprouise partibus expoliat, P. nihil sit quod improuise patribus. V. nihili sitaque inprouisse, ceteris omm. 550. codd. nam p. verum. V. qui scieam D. quis cieam. 551. V. D. domis idque facta, nisi quod V. itq.; fac. P. domi scit qui facit. Deinde codd. omm. nequam. 552. codd. Qui bona sua pro stercore habet. Deinde V. feri D. fieri P. ferri p. ecferri. 553. codd. om. quin: metuit publicos mundissimum sit, nisi quod P. mundissimis est. 554. codd. puras sibi. Deinde V. D. uoltas dis. 555. V. nettitur. D. neititur. P. perditur. D. P. exeo. Deinde V. perditum sit p. se perdit, D. perditum fit, P. perditus est. 556. codd. hercle equidem illum adiutabo (D. aduitabo) neque mea quidem opera umquam. 557. hilo Lambinus: V. D. nihili omnibus, P. nihilominus. Deinde codd. omm. cito tam. Denique P. quando p. quam. 558. codd. nam iam p. nam — obsonio p. obsonatu. P. om. una. 559. codd. omm. inde. 561. V. D. ea qua P. aqua. cf. Lachm. ad Lucr. p. 379. codd. omnes mari. 562. codd. abiit misereque perit p. abit misere pessum it. Deinde V. D. omnia gratiam. 563. V. Nec cum uideo. D. P. Haec cum uideo. V. D. si fieri. Deinde V. D. post *suffuror* addunt *supplicio*, nisi quod D. susfuror V. sopplicio. P. cum Non. p. 12 suffuror, suppilo. Denique V. D. omm. praeda. 564. V. om. esse. Deinde V. D. quod des deuoratis umuam abundat, nisi quod D. habundat. P. quod des, deuorat, nunquam abundat.

At hoc saltém servat maré: quod illi súbest, apparet.
Huic des quantúmvis, nusquam, néque datori néque acceptrici.
Velut haec meretrix meum erum miserúm blanditia inpúlit in pauperiém,
Privávit bonís, luce, honóre atque amícis.
At eccam adést proprinque. crédo eam audivísse haec me loquí.
Pallida ést, ut peperit púerum. adloquár, quasi nesciám.
Jubeo vós salvere.

PHRONESIUM.

Nóster Geta, quid ágis? uti valés?

GETA.

Valeo et vénio ad minus valéntem et melius quí valeat, feró.
Erus meús, tuos oculus, ád te ferre me haéc iussit tibí
Dona, quaé vides hos férre et has quinque árgenti minás.

PHRONESIUM.

Edepol hóc haud perít, quando illúnc tantum amó.

GETA.

Jussit órare ut haéc grata habéres tibí.

PHRONESIUM.

Grata accéptaque habeó.

GETA.

Juben auférri intro?

PHRONESIUM.

Ad me haéc
Inferánt.

GETA.

Ecquid aúditis, haéc quae imperát?
Vasa nólo auferánt: designári lubét.

565. codd. omm. at. Deinde praebent mecum p. mare quod. Denique V. D. subeste p. subest. 566. codd. omm. huic. V. D. nusquam *apparet*, P. nunquam *apparet*. D. dotari V. D. acceptrice. 567. D. P. omm. haec. codd. miserum sua blanditia. Deinde inpulit Lipsius: codd. intulit. 568. V. D. priuabit P. priuant. V. bones. D. bonas. 569. codd. attat p. at. D. cre p. credo. codd. omm. eam. 570. P. alloquatur. 571. D. saluarc. Deinde uti Bothius: codd. ut. 572. V. D. minu. 573. codd. ocellus tuus p. tuos oculus. V. me ferre me hec, om. iussit tibi. 574. hos Bothius: codd. illos. 575. codd. pol haud perit, quod illum. Both. illunc. 576. V. D. operare P. opera. 577. V. grata acaque ecastor habeo. D. P. grataque ecastor habeo. Deinde V. D. iube auferri intro P. iube auferre intro haec ad me. 578. V. D. ichiame p. inferant, P. i Cyame. Deinde V. D. haec quid, nisi quod V. hec. Denique V. D. heque tam imperat, P. ecquae tam imperat. 579. V. D. suasa P. suis. Deinde codd. omnes desiccari (p. designari) iubet.

PHRONESIUM.

Impudéns mecastor.

GETA.

Quídnam est? Egone? Tún bona fidé
Mė ais ímpudentem esse, ípsa quae sis stábulum flagití?

PHRONESIUM.

Dic, amábo: ubi Diniárchust?

GETA.

Domi.

PHRONESIUM.

Dic haéc ob dona, quaé
Ad me míserit, me amáre illum omnium hóminum plurimúm
Erga eúmque honorem habére eum omniúm me maxumúm
Et ut huc véniat, obsecráre.

GETA.

Licet. set quísnam illic homo ést,
Qui ipsus sé comest tam trístis? animo hercle hómo est suo misér,
Quisquis ést.

PHRONESIUM.

Dignust mecástor.

GETA.

Quis est?

PHRONESIUM.

Non nóvisti? obsecró.
Qui illi apúd me erat, huius patér pueri est, qui méndicabulúm
Jussit aleí. sane auscultávi, observaví.

580. impudens Gruterus: codd. omnes immo pudet. Deinde V. D. cuam est p. quidnam est P. quanti est. Egone Bothius: codd. egori. Denique codd. omnes tu p. tun. 581. V. Tune asin, D. Tune·ansin, P. Tune ais. Deinde codd. omnes impudentem me esse. V. aipsa, V. D. sistabulum, P. sit stabulum. 582. codd. amabo te ubi est Dinarchus — ob haec. 583. D. P. admiserit, om me. Deinde codd. illum amare plurimum omnium hominum. 584. Erga eumque P.; V. D. Ergo meumque. Deinde P. honorem eum habere omnium maxumum, V. D. honorem illum habere omnium maxumum. 585. codd. Atque p. Et. V. D. obsecrat. Deinde licet Acidalius: codd. ilicet. 586. D. se cumest. codd. omm. tam. V. tristis *oculis malis*. 587. V. D. nequid est p. quis est. P. ecquid est. 588. codd. illic, nisi quod V. ilitic. Deinde V. huius pater pueri illic est, D. P. huius pater, omm. ceteris. Denique D. usque ad iectaculum, V. P. usque ad iectaculem. 589. V. D. alii. Deinde codd. mansi p. sane. Denique codd. omnes pernam p. perbene.

GETA.

Quin perbené
Novi hominém nihili: illic quaéso est?

PHRONESIUM.

Illic.

GETA.

Me íntuetur geméns.
Traxit éx intimó ventre súspiriúm.
Hoc vide, út dentibús frendit: ícit femúr.
Num obsecró nam ariolúst, qui ipsus sé verberát?

STRATOPHANES.

Nunc ego méos animos violéntos meamque iam íram ex pectore prómam.
Loquere: unde és? quoius es? cur aúsu's mihi incleménter diceré?

GETA.

Lubido est.

STRATOPHANES.

Stúcine mihi respónsas?

GETA.

Hoc: non égo te floccifácio.

STRATOPHANES.

Quid tu? cúr ausa es aliúm te dicere hóminem amare?

PHRONESIUM.

Lúbitum est.

STRATOPHANES.

Ain tandem? ístuc primum expériar. Tun petíli doni caússa,
Olerum atque éscarum et poscárum, moechum málacum, cincinnátum,
Umbratícolam, tympanótribam, hominem amás non nauci?

590. V. D. nihil illic que est. illic est. P. nihili hic que est illic. 591. V. suspensus, D. suspensum. 592. codd. omm. ut. cf. Non. 123, 32. 593. codd. ariolus. 594. V. uiolentus. Deinde: iam iram ex pectore Bothius: codd. iram ex pectore iam, nisi quod D. ex pector etiam. 595. D. unde est. D. P. inclementer mihi. 596. codd. istuc nec mihi responsis. D. om. te. 597. hominem amare Bothius: V. amarem homine, D. P. amare hominem. 598. V. tum pertilli D. tum pent illi. P. Tun tantilli. Scripsi petili. cf. Non. p. 149. Ritschl Par. p. 172. 599. V. metum D. mecum p. moechum. 600. codd. umbraticolum lymphanotribam. Deinde hominem amas Bothius: codd. omnes cum Prisc. I. p. 204 ed. Hertz et Fest. 166. B amas hominem. P. om. non. Deinde V. D. quae hercles P. quae hercle es.

GETA.

Quae haéc res?
Meone ero, ímprobe, tu maledícere audes, fóns viti et periúri?

STRATOPHANES.

Verbum unum ádde istoc. iam hercle égo ted hic hac óffatim conficiam.

GETA.

Tange modó: iam te hic ego ágnum faciam et médium distruncábo.
Si tu ad légionem bellátor clues, at ín culina egó.

PHRONESIUM.

Si aequom fácias, adventóres eos curés, quorum mihí
Dona accépta grataque hábeo: tua enim ingráta, quae abs te accépi.

STRATOPHANES.

Tum pol égo, donis privátus, perii.

GETA.

Plánum istuc quidem est.
Quid nunc érgo hic odio es, scélus, confessus ómnibus reús?

STRATOPHANES.

Perii hercle hódie, ni hunc a te ábigo.

GETA.

Accede modo húc, adi huc modó.

STRATOPHANES.

Etiam, scélus viri, minitáre, quem ego offátim concipilábo?
Quid tibi húc ventio ést? Quid tibi hánc aditio ést?
Quid tibi hánc notio ést, inquam, amícam meám?
Emoriére óciús, si manú nicerís.

GETA.

Quid? manú nicerím?

601. improbe tu Bothius: codd. tu improbe. Deinde V. et o maledicere, D. et maledicere. Denique V. peiiuri, D. peiuri. 602. codd. te p. ted. V. officiam, D. affatim officiam, P. affatim efficiam. 603. V. D. iam ego hic, om. te. P. iam ego te, om hic. 604. V. D. Sit uel p. Si tu ad, P. Si tu. Deinde V. D. cuius p. clues. Denique codd. omnes: at ego in culina ciue, nisi quod V. cubilina. Lipsius tamen ex cod. Roveri adfert: in culina ares, Pius ex libris suis: aries. 605. codd. meos p. eos. Deinde incuses p. cures. 606. codd. et grata p. grataque. Deinde tuaque p. tua enim. 607. codd. ego et donis priuatus sum et perii. Plane istuc est. P. tamen extrema tribuit Phronesio. 608. V. odiesse es, D. P. odiose es. V. teus p. reus, P. te iis. 609. codd. nisi p. ni. Deinde accede modo huc Bothius: V. D. accede hunc modo, P. accede huc modo. 610. V. D. ueri. P. om. viri. V. D. offatim iam iam iam concipilabo, nisi quod D. affatim. P. affatim iam iam compilabo. cf. Paul. p. 62. 612. V. noctio est umquam. 613. niceris Turnebus: codd. omnes uiceris. 614. codd. omnes uicerim.

STRATOPHANES.

Fac, quod iússi mané.
Jamiam te égomet hic offátim conficiam.

GETA.

Occedi optumum ést.
Captio ést: istam machaéram longiórem, quam hanc, habés.
Sed verúm sine dum me pétere, siquidem bélligerandum est técum.
Abeo dum égo tecum, bellátor, arbitrum aéquom ceperím.
Sed ego césso hinc me amolíri, ventre dúm salvo licét.

PHRONESIUM. STRATOPHANES.

PHRONESIUM.

Datin soleas átque me intro actútum ducité,
Nam mihi de vénto miserae cóndoluit capút.

STRATOPHANES.

Quid mihi futúrum est, cui duae áncillae dolént,
Quibus te donávi: iamne abiísti?

PHRONESIUM.

Em sic datúr.

STRATOPHANES.

Quo pacto? exclúdis? quaeso, pótin est planiús,
Quam exclusus núnc sum? pulcre lúdificor. siné.
Quantillo mi ópere nunc persuáderi potést,
Ut ego his suffríngam talos tótis aedibús.
Num quidquam aváros mutat móres mulierúm?
Postquam filíolum peperit, ánimos sustulít:
Quasi cum mihi dícat: nec te iúbeo, nec vetó
Introire in aédis. at ego nólo: non eó.
Ego faxo dícat me in diébus pauculís
Crudum virum ésse. Sequere me hác: verbum sat ést.

615. codd. iam ego te hic offatim conficiam, nisi quod D. P. affatim. Deinde occedi Göllerus ad Trin. v. 1140, qui haec Getae tribuit: V. D. occidit, P. occidi. 616. codd. habes quam haec est. Scripsi quam hanc habes. 617. codd. omm. me. 618. V. Abo domum p. Abeo dum, D. P. Ibo domum. P. tecum p. aequom. 619. V. D. mi hinc amo sire p. hinc me amoliri. P. me hinc amouere. codd. omnes uentrem.

V. D. MERETRIX. MILES. 620. P. Date iam p. Datin — intro me. 623. V. D. em si coatur. Extrema Bothius tribuit Phronesio. 624. V. D. quam eso potius planius, nisi quod D. pitius. P. quaeso pitius planius. 626. P. om. mi. 627. his Bothius: codd. hisce. 628. codd. quidpiam auarum ut at, nisi quod D. P. ut ad. 629. V. D. filiorum P. filium. 630. codd. Nunc quasi p. quasi cum — neque volo p. nec veto. 632. D. edibus p. diebus.

STRABAX. ASTAPHIUM.

STRABAX.

Rus mane dúdum hinc ire mé iussit patér,
Ut bubus glándem prandió depromerém.
Postquam illuc véni, eccum advenít (sic dis placét)
Ad villam argéntum meo qui débebat patrí,
Qui ovís Tarentínas erat mercátus de patré.
Quaerit patrém: dico esse in úrbe. interrogó,
Quid eum velít . . . .
Homo crumínam sibi de cóllo detrahít,
Minas vigínti mihi dat. áccipio lubéns.
Condo in crumínam. ille abiit: égo probas minás,
Ovis, in crumína hac huc in úrbem detulí.
Fuit edepol Márs meo períratus patrí,
Nam oves illíus haud longe ábsunt a lupís.
Nunc ego istos múndos urbanós amasiós
Hoc ictu expónam atque omnes éiciam forás.
Eradicáre est certum cúmprimis patrém,
Post id locórum matrem. núnc hodie ferám
Argentum ad hánc, quam mage amo quám matrem meám.
At ecqui in vílla est? ecqui hoc áperit ostiúm?

ASTAPHIUM.

Quid istuc aliénum est, dic, amábo, mi Strabáx,
Qui non extémplo introeas? ánne oportuít
Ita te quidém, qui es familiáris?

V. Stratilex RVSTICVS. ANCILLA. D. Stratilax seruus. Ancilla. P. Stratilax. Ascaphium. 635. P. ubi p. ut. 636. P. Postque illuc, V. D. Post illoc. Deinde V. D. quam adueni p. eccum advenit, quae om. P. Denique sic dis placet Douza: codd. si deis placet. 637. V. D. billam, P. bullam — debeat. 638. V. Quo uistaret inaserant D. Quo uis staret inaserat P. Qui frumentum serat. 639. P. intelligo p. interrogo. 640. V. D. uellit. 641. codd. omnes detraxit. 642. V. middat, D. midat. V. D. libens. 643. P. propere p. probas, D. perpera. V. om. omnia inter *abiit* et *hac* v. 644, P. omnia inter *probas* et *in urbem*. 644. D. Quis p. p. Ovis. codd. omm. huc. V. D. urbe me p. urbem. 645. V. D. piratus, P. iratus. 646. D. aut, V. au. 647. codd. mundulos. V. amaspos, D. amas . . . . P. amatores. Diomedes p. 334, 14 mundulos istos amasios. 648. V. D Hocitu P. Ocius. V. D. ieciam. 649. V. eradicarensi D. eradicarem si. P. inprimis. 650. codd. locarum. V. hoc die. Deinde feram Acidalius: codd. ecferam. 651. argentum ad hanc Bothius: codd. ad hanc argentum. 652. V. D. tat ecqui si nulla est, nisi quod D. tatet. P. om. tat: ecquis nulla est. Bothius ecqui. Scripsi: ecqui in villa est, quod ex persona adulescentis rustici videtur dictum. Deinde ecqui hoc aperit Bothius: codd. ecquis aperit hoc. 653. cod. omm. dic. 654. P. intres p. introeas, V. D. ire si.

STRABAX.

Ibitúr.

Ne me morári censeás.

ASTAPHIUM.

Lepide facís.

STRATULLAX. ASTAPHIUM.

STRATULLAX.

Mirum vidétur, rure erílem filiúm
Strabacem nón redisse, nísi si clanculúm
Conlapsus ést hic in corrúptelam suám.

ASTAPHIUM.

Jam pol illic ínclamabit, mé si aspexerít.

STRATULLAX.

Quid vis?

ASTAPHIUM.

Exspécto.

STRATULLAX.

Quid?

ASTAPHIUM.

Tuám truculentiám.

STRATULLAX.

Nimio minus saévos iam sum, Astáphium, quam fuí.
Iamiam non súm truculentus: nóli metueré.
Dic, imperá mihi quid vis ét quo vis modó.
Novos omnis móres habeo, véteres perdidí.
Vel amare póssum, vel iam scórtum duceré.

ASTAPHIUM.

Lepide mecástor nunciás. sed dic mihí:
Haben?

STRATULLAX.

Penículum te fortásse diceré.

V. Truculentus. Astaphium. SERVVS. ANCILLA. D. Astaphium. Seruus. Ancilla. P. Stratilax. Ascaphium. 657. V. D. ruri. 658. P. om. si. 660. inclamabit me Bothius: codd. me inclamabit, nisi quod V. D. inclamauit. Deinde V. D. se p. si, D. asspexit. v. 661, huc transpositus a Bothio, in codd. sequitur post 663. V. D. Qui tuam expector osculentiam. P. Quid? tuam expeto truculentiam. Scripsi Exspecto — Quid? — Tuam truculentiam. 662. V. D. inisse uos p. minus saevos. D. astaphum. P. qui p. quam. 663. codd. Iam p. Iamiam. V. D. metueris. 664. V. D. incipera. codd. omnes quid tibi p. quid vis. 666. P. etiam. V. dicere. 668. V. D. Habent, P. Anne. Deinde codd. omnes parasitum p. peniculum, quod videtur ortum esse ex Menaechmis, ubi Peniculus parasitus exstat. Denique codd. omnes et p. te. P. ducere.

ASTAPHIUM.

Intellexísti lepide, quíd ego dicerém.

STRATULLAX.

Heus tu, iam, póstquam in urbem crébro commeó,
Dicax sum fáctus, iam sum cávillator probús.

ASTAPHIUM.

Quid id est? amábo. ìstaece rídiculariá
Cavillatiónes vis, opínor, diceré.

STRATULLAX.

Ita: id pauxíllum differt á cavillibús.

ASTAPHIUM.

Sequere intro, amábo, mea volúptas.

STRATULLAX.

Tene hoc tibí:
Rabonem habéto, mecum ut hánc noctem siés.

ASTAPHIUM.

Perii: rabónem? quam esse dícam hanc beluám?
Quin tu arrabónem dicis?

STRATULLAX.

Ar facio lucrí,
Ut Praenestínis conia ést ciconiá.

ASTAPHIUM.

Sequere, obsecró.

STRATULLAX.

Strabacem hic ópperiar modó,
Si rure véniat.

ASTAPHIUM.

Is hic quidem ápud nos est Strabáx.
Modo rure vénit.

STRATULLAX.

Priusne, quám ad matrem suám?
Heu! edepol hóminem nihili!

ASTAPHIUM.

Iámne autem, ut solés?

669. P. intellexi. 670. V. commobeo, D. commoueo, P. convenio. 671. dicax sum Muretus: V. D. Hic axsum factum, nisi quod D. axum. P. om. dicax sum: factus sum, om. iam. 672. codd. istaec. 674. id Bothius: codd. ut. 675. intro amabo Bothius: codd. intro me amabo. V. uolupta si, D. uoluptast. 676. V. ut mecum a nocte, D. ut mecum ac nocte, P. ut mecum hac nocte. 677. P. dicam esse. V. D. uelbam. 678. V. D. dic ista facto lucri. P. dicis. Eo pacto ut dixi. 679. codd. omnes conea, P. etiam ciconea. cf. Prob. I, 18, 5 ed. Lind. 681. V. D. seruri. V. veniet. codd. quidem apud nos est hic. D. Strapax. 683. V. D. eu p. heu. D. nihil. Iamne Acidalius: codd. omnes anne.

STRATULLAX.

Immo nil díco.

ASTAPHIUM.

I intro, amábo, cedo manúm.

STRATULLAX.

Tene. in tabérnam ducor dévorsoriám,
Ubi melle accípiar mea mihí pecuniá.

DINIARCHUS.

Neque gnatúst neque progignétur neque potést repeririér,
Cui ego núnc aut dictum aut fáctum melius quám Veneri velím.
Di magní! ut ego sum laétus et laetítia differór!
Ita ad me mágna nunciávit famulus hódie gaudiá:
Mea doná deamata accéptaque habita esse ápud Phronesiúm.
Cum hoc iam vólupe est, tum istoc nímio magnae mélliniae mihi ést:
Militís odiosa ingrátaque habita tótus gaudeó.
Mea pila ést: si repudiátur miles, múlier mecum erít.
Salvos súm, quia pereo: sí non peream, pláne interierím.
Nunc speculábor, quid ibi agátur: quis eat íntro, quis forás
Veniat: prócul hinc observábo, meis quid fórtunis fuát.
Quia nil hábeo, unum animus mónuit me: omnia agám precarió.

ASTAPHIUM. DINIARCHUS.

ASTAPHIUM.

Lepide efficiam meum, era, officium: vide, intus módo ut tu tuom item efficias.
Ama, íd quod decét, rem tuam: istum exináni.

684. codd. iamne p. immo. 685. V. D. dulor. 686. codd. male p. melle. V. mea mea mihi pecunia diniarcus. P. nunc p. mihi.

V. D. ADULESCENS. P. Dinarchus adolescens. 687. V. D. potes, P. potis. 688. nunc aut dictum Bothius: codd. nunc dictum. V. D. benerem p. Veneri, P. mihi esse. 689. sum laetus Bothius: codd. laetus sum. 690. P. om. nunciavit. V. D. chyamus. P. Cyamus. Editio Paris. Geta meus. Scripsi: famulus. 691. V. D. deamat. V. qui p. que. 692. V. D. uolupestum hoc, P. volup est tum hoc p. istoc. codd. omm. est. 693. V. D. habitato tuca audeo. 694. V. D. milex-prit. 695. interierim Weisius: P. plane intereas, V. paneuriem, D. paneurient. 696. P. speculabor procul quid. codd. qui foras. 697. V. D. hunc p. hinc — miles p. meis. P. om. procul: miles quid facturus siet. 698. P. unus. Deinde: monuit me Lambinus ex codd. suis. V. D. moui mihi omnia, nisi quod V. comnia, P. monuit omnia.

V. D. ancilla adulescens. P. Ascaphium ancilla. Dinarchus adulescens. 699. meum Gulielmus: codd. omnes mea, V. D. ero. Deinde V. D. tutum p. tu tuom, P. tute idem. 700. V. ẽum, D. estum, P. es tun eximam.

Nunc dum ísti lubét, tempus éi rei secúndum est.
Prome venústatem tuam amánti, ut, dum habet, gaúdia comparés.
Ego híc interím restitríx praesidébo,
Istíc dum sic fáciat domum ád te exagógam,
Nec quémquam interim ístoc ad vós, qui sit ódio, intromíttam: tu pérge, ut lubét, ludere ístos.

DINIARCHUS.

Quis ést iste? Astáphium, indicábin, qui péreat?

ASTAPHIUM.

Amábo hicine tú eras?

DINIARCHUS.

Moléstusne súm?

ASTAPHIUM.

Nunc magís, quam fuísti,
Nam nísi qui usui ést nobis, nóbis moléstust.
Sed obsecró, da mi operam, ut nárrem, quae voló.

DINIARCHUS.

Namquid ést: num meá refert?

ASTAPHIUM.

Num mussités?
Intus ést, bolos qui dát.

DINIARCHUS.

Quid? novos amátor quispiám?

ASTAPHIUM.

Integrum ét plenum adórta est thesaúrum.

DINIARCHUS.

Quis ést?

ASTAPHIUM.

Eloquár, sed tu tacéto. Nostin tu húnc Strabacem?

701. P. Hunc diem p. Nunc dum. V. D. iusti iubet. Deinde codd. omnes hic inserunt: dum habet, nisi quod P. habes. Denique V. D. secundas, P. ei obsecundes. 702. codd. amanti tuam. Deinde codd. omm. hoc loco: dum habet. Denique V. D. cumper eis. 703. hic interim Bothius: codd. interim hic. Deinde restitrix Lambinus: codd. omnes restitricis, nisi quod V. restitititricis. 704. istic Bothius: codd. iste. 705. V. ecquiēquā. D. P. et p. nec. P. quamquam — istuc ad nos quiqui sit hodie. 706. ludere Douza: V. D. ludin, P. ludo. 707. codd. Qui p. Quis. Deinde V. D. ea Astaphium, P. eia Astaphium. Denique V. D. indica qui perit, P. dic qui perit. 708. D. hicinet uere. P. hiccine uero. 709. P. modestus. 710. codd. nam si quid nobis usust. Both. usui est nobis. codd. omnes molestus. 711. V. uolom, D. uol[illegible]. 712. V. D. nam ea refert. P. non mea refert. V. D. non musset. P. non musset ..... 713. codd. intus bolos quos dat. P. qui p. quid. codd. amator nouus. 714. V. D. thensaurum. 715. V. D. te loquar. codd. diu (p. tu) taceto nouistin tun. V. D. Stabachem.

DINIARCHUS.

Quídni?

ASTAPHIUM.

Solus súmmam hic habet apúd nos. nunc is nóbis fundus ést.
Bono animó male perít.

DINIARCHUS.

Perii mehércle ego itidém.

ASTAPHIUM.

Stultus és, qui facta inf́ecta facere vérbis postulés.
Thetis quoque étiam in lamentándo pausam fécit filió.

DINIARCHUS.

Non ego núnc intro ad vos míttar?

ASTAPHIUM.

Qui dum quám miles magís?

DINIARCHUS.

Quia enim plús dedi.

ASTAPHIUM.

Plus és enim intromíssus, quom dabás.
Sine vicíssim, qui dant, ób illud, quod dant, óperis utiér.
Litterás didicisti: quándo scis, sine álios disceré.

DINIARCHUS.

Discant, dúm mihi pertentáre liceat, ni óblitus siém,
Quod didici.

ASTAPHIUM.

Interea magíster, dum tu cómmentaberé,
Volt illa ítidem commentári.

DINIARCHUS.

Quid?

ASTAPHIUM.

Rem accípere identidém.

716. codd. habet hic — est fundus nobis. 717. male perit P. solus: V. malĕ gerit, D. male gerit. Deinde V. D. perit p. perii. Denique codd. omnes hercle ego idem. 718. codd. est p. es. 719. pausam Mercer. ad Non. p. 103: codd. om. in: lausum. 720. P. Quid nunquid p. Qui dum quam. 721. P. enim es, V. D. enim se — quam p. quom. 722. qui dant ob illud Lomanus: V. qui dant operam oblit quod, D. qui dant operam oblitus quod, P. qui dant opera utier, intermediis omissis. 723. V. dicisti. V. D. dicere. 724. V. argentarilliceam, D. argentari illic eam, P. argentarii illic eam ne. Editiones veteres commentari. Scripsi pertentare. 725. Quod didici Acidalius: codd. Qui dedit. P. magis p. magister. 726. Volt illa Bothius: V. D. Volt interim illa, P. Volt itidem illa — quidem p. quid? rem.

DINIARCHUS.

Dedi equidem hócedie eei quínque argenti déferri minás,
Praeterea únam in obsonátum.

ASTAPHIUM.

Idem istuc délatum sció.
De eo nunc béne sumus tua vírtute.

DINIARCHUS.

Immo ut ínimici meí
Bona istaec cómedant? mortuom hércle me, quam id pátiar, mavelím.

ASTAPHIUM.

Malim inimícos invidére mihi quam me ínimicis meís,
Nam invidére alii bene ésse, tibi dum mále sit, miseria ést.
Qui invidént, illi indigént: quibus invidétur, hi rem habént.
Stultiús quid est? Aperírem, requiem quía pol mávelím.

DINIARCHUS.

Non licét, modo obsonáti me partícipem fierí?

ASTAPHIUM.

Si volébas participári, auferres dímidium domúm.
Nam itidem híc ut Accherónti ratio accépti scribitúr:
Intro accípimus: quando accéptum est, non potést ferri forás.
Bene valé.

DINIARCHUS.

Resiste.

ASTAPHIUM.

Omítte, sine.

DINIARCHUS.

Mitte íntro.

727. V. dedit. codd. omnes hodie ei. 728. V. D. unum. D. obsonantum, P. obsonium. 729. V. D. sum tua virtutem. Deinde P. immo et, V. imeme ut, D. imae ut, V D. iniemici. 730. V. D. istic cedent, P. istec edent. Deinde quam id P. solus: V. D. quam ut id. codd. omm. mavelim. 731. codd. mihi inimicos inuidere, nisi quod V. D. inimicus inuiderem. 732. Scripsi: dum male sit. V. tibi male essem seria me si, D. tibi male esse inseria mesi. P. tibi male esse miserum est. 733. V. D. Quid p. Qui. Deinde P. egent illi p. illi indigent, V. D. egent illis. Denique V. D. irem habent, nisi quod D. iraem, P. rem habent. 734. V. D. Stultus quid est aperirem, P. stultus qui des es aperire. Deinde codd. omnes qui iam p. requiem. 735. V. Non licet do obsoni me participhem, D. Non licet do obsonii me participem, P. *Ast.* Non licet. *Di.* Da obsonii me participem. 737. codd. omnes idem p. itidem. D. P. ut acheronti hic, V. ut Ageonti hic. V. accepu, D. accepi. 738. V. D. accipiamur P. acceptum p. accipimus. V. D. ferre. 739. P. siste p. resiste. Deinde V. D. amitto p. mitte. P. omitte me. *Di.* omitto.

ASTAPHIUM.

Ad te quidém.

DINIARCHUS.

Immo istúc ad vos.

ASTAPHIUM.

Huc íri non potést.

DINIARCHUS.

Immo potést.

Sine experíri.

ASTAPHIUM.

Immo opperíre: vis est éxpeririér.
Dicam adésse, ni occupáta est: restare énim frustra siét.

DINIARCHUS.

Redin an nón redis?

ASTAPHIUM.

Vocát me, quae in me plús quam tu potést.

DINIARCHUS.

Uno vérbo eloquere: míttin me intro?

ASTAPHIUM.

Méndax es: abí.
Unum aiébas, tria dum díxti verba, atque éa mendaciá.

DINIARCHUS.

Abiit: íntro hinc saluit. égon ut haec mihi pátiar fierí?
Iam hercle ego tíbi, pellecebra, lúdos faciam clámore in viá,
Quae legem ádvorsum accepísti a pluribús pecuniám.
Iamiam hercle ápud omnes magistrátus faxo erít nomen tuóm,
Postidea égo manum in te iniíciam quadruplí, veneficá,

740. V. D. istoc. Deinde codd. omnes omm. huc. V. D. irem p. iri. Denique immo potest P. solus: V. D. nimium pati. 741. Sine experiri Bothius: codd. experiri sine. Deinde V. D. opperirem. Denique V. D. uis est experire, P. ius est experiri. 742. V. D. ubi p. ni. V. resistat ex ex frustra sit, D. resistat et frustra sit, P. *Din.* siste hem frustra fit. 743. codd. redin an non redin si uocat me. Deinde quae in me plus quam tu potest Göllerus: codd. quae in me potest plus quam potest. 744. V. D. mitti in, P. mitto. 745. V. D. aiebat stridia dixti, nisi quod V. dixit, P. aiebat sterilia dixti. Deinde ea inseruit Gulielmus. 746. V. incluit p. hinc saluit, D. induit, P. irruit. Deinde egon Lomanus: codd. ego. 747. codd. inlecebra. 748. codd. aduersum legem. V. D. accepistis ad. Deinde pluribus Bothius: codd. plurimis. 749. D. Iiam p. Iamiam, V. P. Iam. V. D. apud nos omnes. 750. V. D. Post id ego te manum initiam, P. Post id ego in te manum iniiciam. codd. quadrupus, V. D. beneficia.

Suppostríx puerum. ego edepól iam tua probra áperibo omniá.
Nil me rétinet: perdidi ómne, quod fuít; fio indigéns,
Nec mi adést ad ullum cénsum iam, quo páritem calceós.
Sed quid ego híc clamo? quid sí me iubeat íntromittiér?
Conceptís, mé non factúrum, verbis iúrem, si velít.
Nugae súnt: si stimulos púgnis caedis, mánibus plus dolét.
De nihilo ést illi te irásci, quae te nón flocci facít.
Sed hoc quid ést? Proh di immortáles! Calliclém video seném,
Meus qui adfínis fuit, ancíllas duas constríctas duceré,
Alterám tonstricem huiúsce, alteram áncillam suám.
Pertimuí: postquam una cúra cor meúm movít modó,
Timeo, né malefacta antíqua mea sint ínventa omniá.

CALLICLES. ANCILLAE II. DINIARCHUS.

CALLICLES.

Egon tibí male dicam aut ádeo male velim? út animus meúst,
Propemodum éxpertae estis, quam égo sim mitis tránquillusque homó.
Rogitavi égo vos vapulántis ambas, péndentis simúl:
Commeminí, quo quicque pácto sitis cónfessae: sció.
Hic nunc vólo scire, eodem pácto an sine maló fateaminí.
Quamquam vós colubrino ingénio ambae estis, édico priús,
Ne duplicís habeatis línguas, ne ego bilínguis vos necém,
Nisi si ad tíntinnaculós vos voltis éduci virós.

ANCILLAE.

Vis subigít verum fatéri: ita lora laédunt brachiá.

751. V. D. i tua proba p. iam tua probra. P. tua probra, om. iam. 752. codd. omm. retinet. V. P. impudens, D. imprudens. Scripsi indigens. 753. codd. illum p. ullum. Deinde pensi p. censum — quos capiam p. quo paritem. 754. V. intromittiar D. intromittar. 755. V. D. irem si leuit, nisi quod D. silcuit, P. si rem sileuit. 757. codd. de nihilo nihil est irasci. 758. D. P. quid hoc, V. om. hoc. V. D. calicten uide. P. om. video. 759. codd. que p. qui. Deinde V. om fuit. Ceterum codd. omnes hunc versum postponunt sequenti. 760. codd. huius. 761. V. om. cura. 762. codd. omnes: ne me malefacta — sine. V. inuenia. D. P. inueniam. Correxit Acidalius.

V. SENEX. ANCILLE II. ADULESCENS. P. Callides senex. Ancille due. Dinarchus adolescens. 763. aut adeo Bothius: V. D. aut tibi adte, P. aut tibi, om. adeo. Deinde P. mauelim. V. animu meust, D. P. animo meost. 764. D. P. ex parte. V. D. essetis — similes tranquillus usque homo. P. sim tranquillus usque modo. 765. codd. uerberantis p. vapulantis. V. baspendentes, D. P. has pendentis. 766. V. D. quicquam. 767. codd. omm. an. 768. V. D. colubrinon. 769. D. habeas. V. D. linguam — ibi linguis. 770. V. D. Nesisi, P. Nisi. codd. omnes uoltis uos. 771. subigit Bothius: codd. subegit. V. bracchia.

CALLICLES.

At si vérum mi eritis fássae, vinclis éxsolvemini.

DINIARCHUS.

Etiam núnc, quid sit negóti, pavidus íncertusque súm,
Nisi quiá timeo tamén.

ANCILLAE.

Ego nec quid péccavi sció.

CALLICLES.

Omniúm primum divérsae state! em, sic: istuc voló.
Ne qui intér vos significétis, ego ero páries. Loquere tú.

ANCILLA.

Quid loquár?

CALLICLES.

Quid puero fáctum est, mea quem péperit filiá,
Meo nepóte? capita rérum mi expedíto.

ANCILLA.

Istae dedí.

CALLICLES.

Iam tace. Accepistin púerum tu ab hac?

ANCILLA ALTERA.

Accepi.

CALLICLES.

Tacé.
Nil morór praeterea: sátis est fassa.

ANCILLA ALTERA.

Inficias non eó.

CALLICLES.

Iam livórem tute scápulis istoc cóncinnas tuís.
Conveniúnt adhuc utriúsque verba.

DINIARCHUS.

Vaé misero mihí!
Mea nunc fácinora aperiúntur, clam quae spéravi foré.

772. codd. uincis exsolue mihi, nisi quod P. iuncis. 773. codd. numquam p. nunc quid. Deinde codd. fassi sin certusque sum, nisi quod P. quam p. que. Scripsi: pavidus. 775. V. D. stete. P. diuersa est. 776. codd. Ne p. Ne qui. V. D. loqueretur. 777. P. actum est, D. datum est, V. datum sit. 778. V. D. nepoti. codd. omnes, om. mi: expedite. Bothius expedito. V. D. iste dedit. P. isti dedit. 779. P. taceo. V. D. accepisti in puerum. codd. omnes accepit. 781. V. luorem. V. D. ut est capulis p. tute scapulis. P. om. tute, 782. V. D. adhunc — tue misero nisi.

CALLICLES.

Loquere tú: quis dare te huic púerum iussit?

ANCILLA.

Era maior meá.

CALLICLES.

Quid tu? cúr eum accepísti?

ANCILLA ALTERA.

Era me rógitavit minór,
Puer ut áfferretur éaque ut celáréntur omniá.

CALLICLES.

Loquere tú: Quid eo fecísti puero?

ANCILLA ALTERA.

Ad méam eram detulí.

CALLICLES.

Quid eo púero tua era fécit?

ANCILLA ALTERA.

Erae meae éxtemplo dedít.

CALLICLES.

Quoi, malum, érae? Duaen sunt ístae? Cave tu, nísi, quod te rogó,
Quaeque exquíro.

ANCILLA ALTERA.

Mater, ínquam, filiaé dono dedít.

CALLICLES.

Plus quam dúdum eloquere.

ANCILLA ALTERA.

Plús tu rogitas.

784. codd. qui p. quis — huc p. huic. V. D. ira p. era. 785. V. D. eram ero uit minor. P. hera me rogavit minor. 786. codd. ferretur. V. omniam. 787. V. ad mea re (suprascr. me) detuli, D. ad meam rem detuli. 788. V. Quut eo puero, D. cui te puero, P. Quid de puero. V. D. tuo era facit — mea. V. exemplo. 789. V. D. aere p. erae. codd. omnes duae. V. catu iste, D. catu nisi, P. caue nisi. 790. V. D. nisi ea te exquiro p. Quaeque exquiro. P. Nisi ea quae te exquiro. Deinde: inquam filiae dono dedit Bothius: codd. filiae dono dedit inquam, nisi quod V. D. inquem. 791. dudum loquere Bothius: codd. dudum inquam loquere, nisi quod V. D. inqua.

CALLICLES.

Résponde ociús.

Quid illa, cuí dono donátust?

ANCILLA ALTERA.

Supposívit.

CALLICLES.

Cui?

ANCILLA ALTERA.

Sibí.

Pro filíolo.

CALLICLES.

Pro filíolo? Di obsecró vostram fidém.
Ut facílius alia, quam ílla, unde est, puerum úterinum parít!
Haec labóre alieno púerum peperit síne doloribús.
Puer quidém beatust: mátres duas habét, avias duás:
Iam metuó, patres quot fúerint. Vide sis fácinus muliebré!

ANCILLA.

Magis pol ád viros malítia haec pertinét, quam ad mulierés.
Vir illam, nón mulier praegnátem fecit.

CALLICLES.

Idem ego istuc sció.

Tu bona éi custos fuísti.

ANCILLA.

Plus potést, qui plus valét.
Vir erat, plús valebat, vícit: quod petébat, abstulít.

CALLICLES.

Et tibí quidem hercle idém vir attulít magnum malúm.

ANCILLA.

De istoc ípsa, etsi tu táceas, reapse expérta intellegó.

CALLICLES.

Nunquam té facere hodie quívi, ut is quis ésset dicerés.

792. cui dono donatust Kampmannus: codd. cui donatust. V. D. tibi p. sibi. 793. V. D. pro filiolo toni pro filiolo, P. pro filio. pro filio. V. D. del p. di. 794. V. D. quam alie undē puerum ut numparet, P. quam aliqua alicunde puerum natum parit. Scripsi: puerum uterinum, scil. ex eodem utero natum. 795. V. lauare. 796. V. D. mater onas. codd. omnes habet et auias. 797. P. fuerunt. V. D. muliebri. 798. ad viros malitia haec pertinet Bothius: codd. haec malitia pertinet ad uiros, nisi quod D. militia. V. D. muliebri p. mulieres. 799. V. D. uiri iam, P. uir eam. D. P. pregnantem. codd. omnes Et idem. Delevit Et Göllerus. 801. abstulit Camerarius: V. adstuni, D. adest uni, P. adest uictum. 802. idem vir Göllerus: codd. omm. vir. 803. codd. reab, om. se. 804. quivi ut is Camerarius: V. D. ut quiuis, P. cuius.

ANCILLA.

Tacui: at núnc non taceo, quándo adest, necéssust indicém.

DINIARCHUS.

Lapideús sum: commovére me misér non audeó.
Res palam ómnis est: meo heic nunc fiunt cápiti comitiá,
Meum illuc fácinus, mea stultítia est: timeo quám mox nominér.

CALLICLES.

Loquere, filiam meám quis integrám stupraverít?

ANCILLA.

Vidi ego té, propter malefácta qui es patrónus parietí.

DINIARCHUS.

Neque vivós neque mortuós sum, nec quid núnc faciam, sció.
Neque ut hinc ábeam, neque ut hunc ádeam, scio: timóre torpeó.

CALLICLES.

Dicin án non?

ANCILLA.

Diniárchus, cui illam príus desponderás.

CALLICLES.

Ubi is homo ést, quem dicis?

DINIARCHUS.

Assum, Calliclés. Per tua obsecró
Genua, ut tu ístuc insipiénter factum sápienter ferás
Mihique ignóscas, quod animi ímpos vini vítio fecerím.

CALLICLES.

Non placét: in mutum cúlpam confers, quód nequit loquí.
Nam vinúm, si fabulári posset, sé defenderét.
Non vinum hóminibus moderári, sed hominẽs vino solént,

805. V. D. nunc tacebo, P. non tacebo. V. D. adest necesse indice, P. est necesse indicem. Scripsi necessust. cf. Lachm. ad Lucr. 397. 807. V. neo, D. P. ineo. codd. illic p. heic. V. P. sunt p. fiunt. V. comtia, D. coptia, P. cestia. 808. V. D. illac. V. stultam, D. stulta est. V. P. non miner, D. non minetur. 810. codd. Uideo. V. D. mala facta — est. 811. V. D. nequid. 812. V. habeam. V. ut neque ut hunc. D. ut neque ad hunc. P. neque ut adhunc. In V. v. 810 et 811 commutati sunt. 813. V. diniarcus, P. Dinarchus. V. D. dicis ponderas p. desponderas, P. dixi sponderas. 814. V. his p. is — tuo p. tua. 815. P. om. tu. V. insipienter sipienter. 817. V. cuipam, D. quippiam. V. D. confer. P. in mutum qui culpam confert. V. quid loqui p. quod nequit loqui, D. quod loqui. P. qui loqui non potest. 818. V. D. fabularem, P. fabulare. codd. possit. V. D. defenderem. 819. codd. omnes: non uinum moderari sed uim non solent, nisi quod P. om. *non* posterius. Verba deficientia restituit Camerarius,

Qui quidém probi sunt: vérum, qui improbúst, si subbibít,
Sive adeó caret teméto, tamen ab íngenio improbúst.

DINIARCHUS.

Scio equidém, quae nolo, múlta mi audiénda ob noxiám.
Nam ego tibí me obnoxium ésse fateor, cúlpae compótem.

ANCILLA.

Calliclés, vide quaeso insígnem ne fasiás iniuriám.
Reus solútus caussam dícit: testes vínctos attinés.

CALLICLES.

Solvite ístas. Agite, abíte, tu domum ét tu autem domúm:
Eloquere haéc erae tu, ut púerum reddat, sí quis eum petát.
Eamus, tu, ín ius.

DINIARCHUS.

Quid vis ín ius me ire? tú es praetor mihí.
Verum te óbsecro, ut tuam gnátam des mi uxórem, Calliclés.

CALLICLES.

Eundem pól te iudicásse istanc quidém rem intellegó.
Nam haud mansísti, dum ego darem íllam: tute súmpsisti tibí.
Nunc habeás, ut nactu's, vérum hoc ego te múltabo boló:
Sex talénta magna dótis demam pro ísta inscitiá.

DINIARCHUS.

Bene agis mécum.

820. V. D. probri — qui iam probus est si quam si bibit. P. qui improbus est siue bibit. 821. D. te me tu. V. D. ab ingenio timidus est inprobus. P. om. timidus. cf. Non. 5, 11. 822. ob noxiam Palmerius: codd. obnoxia. Douza obnoxio. 823. codd. omm. Nam. V. essem, D. obnoxiam essem. V. cultae, D. P. culte. V. D. compotemi. 824. V. D. Callicies, P. Mi Callides. V. que somnem p. quaeso insignem, D. quae somneim, P. quaeso. 825. testes vinctos attines Lipsius. V. ta estis uicto sati ines. D. P. tam estis uicto sati ines, nisi quod P. satin est. 827. V. D. tu puerum, P. ut puerum. Scripsi: tu ut puerum. 828. V. intus. D. eamust intus. P. Eamus intus. codd. omnes: quid uis intus, nisi quod V. quiuis. V. D. etues p. tu es. 829. D. P. omm. mi. 830. V. D. pul te. P. stulte. Deinde istanc quidem Bothius: codd. quidem istam. 831. V. dem p. dum, D. idem, P. ut. 833. V. malana dotes D. malana detes, P. malana dotis. D. dem an p. demam. V. ista scinscitia. D. istast incicidia, P. istac inscitia.

CALLICLES.

Filium ístinc tuom te mẹliust repeteré.
Ceterum úxorem, quam prímum potest, abdúce ex aedibús.
Ego adeó iam illi remíttam nuncium ádfini meó:
Dicam ut áliam conditiónem filio ínveniat suó.

DINIARCHUS.

At ego ab hác puerum repóscam, ne mox ínficias eát.
Nugae! nam ípsa haec ultro, ut fáctum est, fecit ómnem rem palám.
Sed nimiùm pol opportúne eapse eccam égreditur forás.
Ne ista stímulum longum habét, quae usque illinc cór pungit meúm.

PHRONESIUM. DINIARCHUS. ASTAPHIUM.

PHRONESIUM.

Blitea et lútea est meretrix, nísi quae sapit in víno ad rem suám:
Si alia mémbra vino mádeant, cor sit sáltem sobriúm.
Nam mihi dívidiae est, tonstrícem meam sic múlcatam malé,
Quia dixít, eum Diniárchi puerum invéntum filium.

DINIARCHUS.

Lubido adíre est, quam penes ést mea omnis rés et liberí.

PHRONESIUM.

Video eccúm, qui amans tutórem med adóptavit boní.

DINIARCHUS.

Mulier, ád te sum proféctus.

PHRONESIUM.

Quid agitúr, voluptas meá?

834. V. D. tum te, P. tute. 835. V. uxorum, D. uxoreim qua primum. V. potes abdu, D. potest abduci. 836. codd. adimeo p. affini meo. 838. V. D. et p. eat. 839. codd. Nihil est. Scripsi Nugae. codd. et (scil. ec) p. haec. V. D. factus p. factum est. 840. codd. opportuna. Deinde eapse eccam Bothius: V. ecce ab se gregitur, D. P. ecce ab se egreditur. 841. V. longem, D. P. longe. V. cor pugit. D. cor pugit mẹlim. P. compugit me p. cor pungit meum.

P. Phronesium meretrix. Dinarchus adulescens. Ascaphium ancilla. 842. P. om. et lutea. cf. Non. 80, 25. V. uno p. vino. 844. dividiae Bothius: codd. diuidia. V. D. est in tontricem. codd. omnes: sicut multam male. 845. codd. ea p. Quia. D. P. Dinarchi. 846. lubido adire est Pistoris: codd. ubi id audiuit. 847. amans tutorem Bothius: codd. manstutorem me adoptauis. 848. D. mumilier. ad te sum profectus Acidalius: codd. adsum profectust.

DINIARCHUS.

Non volúptas: aufer núgas. nil ego núnc de istac re agó.

PHRONESIUM.

Scio mecástor, quid uelís, quid postulés et quid petás.
Me vidére et me te amáre postulás: puerum petís.

DINIARCHUS.

Di immortáles! ut planíloqua est! paucis út rem ipsam attigít!

PHRONESIUM.

Scio equidém sponsam tibi ésse et filium éx sponsa tuá,
Et tibi úxorem ducéndam: esse alibi iám animum tuóm,
Ut me quási pro dérelícta sis habitúrus. sed tamén
Cogitáto, mus pusíllus quam sit sápiens bestiá,
Aetatém qui uni cubíli numquam cómmittit suám,
Quia, si unum óstium obsideátur, aliud pérfugium petít.

DINIARCHUS.

Otium úbi erit, de istis rébus tum ampliús tecum loquár.
Nunc puerúm redde.

PHRONESIUM.

Immo, amábo, ut hos diés aliquos sinás
Eum esse apúd me.

DINIARCHUS.

Minume.

PHRONESIUM.

Amábo.

DINIARCHUS.

Qui id opúst?

PHRONESIUM.

In rem meam ést.

849. V. D. hunc. 850. codd. omnes: quid uis et quid postules. 851. codd. me uidere uis: delevit vis Göllerus. 854. codd. ducendam iam esse. Delevi iam. 855. V. D. Et quasi p. Ut me quasi, P. Me quasi. D. delicta. V. sed amen, D. sed amem. 857. codd. quin o cubilium quam committit suum. 858. V. odium obsidiator, D. quasi unum obsidiator, P. quia vinum obsideatur. V. D. alium. Deinde codd. omnes gerit p. petit. 859. V. D. odium. 861. P. esse eum. V. iam abo, D. iam abio. V. D. quid opus. P. minime nam eo quid opus. Deinde in rem meam est Pareus: V. D. iure mea, P. in re mea.

Triduom hóc saltem, dum míles aliquo círcumducitúr,
In eam rémoram: si quid habébo, tibi quoque étiam proderít.
Si aufers púerum, a milite ómnis mihi spes tum ánimam efflaverít.

DINIARCHUS.

Factum cúpio, nam aliter fácere, si velím, non est locús.
Nunc puero útere et procúra, quia unde prócures, habés.

PHRONESIUM.

Multum amó te ob rem istam ecástor. ubi domí metues malúm,
Fugito huc ád me: saltem amícus mihi esto mánipulariús.

DINIARCHUS.

Bene valé, Phronesiúm.

PHRONESIUM.

Jam me tuom óculum non vocás?

DINIARCHUS.

Id quoque ínterdum furtíve nomen cómmemorabitúr.

PHRONESIUM.

Num quid vís?

DINIARCHUS.

Fac valeas. óperae mi ubi erit, ád te veneró.

PHRONESIUM.

Ille quidem hínc abiit, abscéssit: dicere híc quidvis licét.
Verum est vérbum, quod memorátur: ubi amici, íbidem sunt opés.
Propter húnc spes etiam est, hódie detonsum íri militém,
Quem ego ecástor mage amo quám me, dum id, quod cúpio, inde auferó.

862. miles aliquo Bothius: codd. aliquo miles, nisi quod V. D. milis. 863. V. D. in eam rem, P. in ea re. Scripsi in eam remoram. 864. aufers Bothius: codd. auferes. Deinde codd. omnes tum mihi spes. Denique V. D. anima, P. animo. 865. V. D. re p. aliter, P. ne. 866. codd. quando p. quia unde. 867. amo Bothius: codd. amabo. Deinde codd. istam rem mecastor: Bothius ecastor. 868. codd. omnes: manubinarius. Scripsi manipularius, scil. vulgaris. 869. codd. omm. me. V. D. tum p. tuom. codd. omm. non. 870. codd. interim futatim. Scripsi interdum furtive. V. commerauiter, D. commemorabiter, P. commemoraviter. 871. Fac valeas Rittershusius, Meursius et Acidalius: codd. facultas. mi ubi Bothius: codd. ubi mihi. 872. P. om. hinc. V. ascessit, D. P. accessit. codd. hic quis uidelicet. 873. V. amicibildem opus. D. P. amici ibidem opus. Pius: ibidem sunt opes. 874. V. D. se p. est, quod P. om. Deinde D. geminat: se hodie. Denique V. D. tantum rimlitem, P. tantum militem. Scripsi detonsum iri militem. 875. D. P. omm. ego. V. D. ama. D. dudum p. dum, P. quam dudum id. V. auferue. D. P. auferre.

Quia cum múltum abstulimus, haúd apparet múltum, quod datum ést.
Ita sunt glóriae meretrícum.

ASTAPHIUM.

Ah, tace, era!

PHRONESIUM.

Quídnam est? obsecró.

ASTAPHIUM.

Pater adést pueri.

PHRONESIUM.

Sine eúmpse adire huc: síne, si is est, modó.
Sinito eum ípsum adire, ut coépit, ad me hac réctam si tenét.
Ne istum ecástor hodie astútis conficiám fallaciís.

STRATOPHANES. ASTAPHIUM. PHRONESIUM. STRABAX.

STRATOPHANES.

Hocine amáre est! Fero supplícium damnas ád amicam meám.
Utut illúc acceptum est, príus quod perdidi, hóc addam insupér.
Sed quid vídeo eram atque ancíllam ante aedis? ádeunda haec mihi ést.
Quid hic vos ágitis?

PHRONESIUM.

Ne me appélla.

STRATOPHANES.

Nimium saévis.

PHRONESIUM.

Sic agó.

876. Quia Bothius: codd. Quae. V. D. mutum. Deinde P. haud, D. aut, V. au. Denique apparet multum Bothius: codd. omnes multum apparet. 877. codd. aha tace quid est obsecro. 878. codd. omm. pater, quod addidit Bothius. Idem eumpse: codd. eum ipsum, nisi quod V. D. ipse. Deinde V. D. hunc p. huc. P. sui p. si is. 879. codd. Sine p. Sinito, nisi quod V. D. sin. Deinde V. D. ipse — cupit, P. cupio. Denique V. D. ad recta si tenent, P. ad me ac recta si tenent. 880. astutis Saracenus: codd. hastis confectum.

P. Miles. Ascaphium ancilla. Phronesium meretrix. Rusticus Strabax adolescens. 881. codd. Eo mihi amare, om. est. Deinde damnas Douza: codd. omnes damnis (cod. Lips. Roverianus iam bis). 882. Utut Gruterus: codd. Ut. Deinde illuc acceptum est Bothius: codd. illud acceptum sit. 883. V. D. uidet, P. uideon. Deinde haec mihi est Bothius: codd. est haec mihi. 884. V. D. appellat nimiu seui sic, P. appella nimium saeuis. Addidi ago.

Potin ut míhi molestus né sis?

STRATOPHANES.

Quid id est, Astaphilitiúm?

ASTAPHIUM.

Merito ecástor tibi suscénset.

PHRONESIUM.

Eho! anne istíce etiam parúm
Male voló?

STRATOPHANES.

Ego mea volúptas, si quid péccavi priús,
Supplicium ád te hanc fero minam aúri: nisi mi crédis, respicé.

PHRONESIUM.

Manus vetát, priusquam penés sese habeat, quícquam crederé.
Puero opúst cibum, opus est aútem matri, quaé puerum lavít,
Opus nutríci, ampullam ut hábeat veteris víni, largitér
Ut diés noctesque pótet: opus ligno, ópust carbonibús,
Fasciís opust, pulvínis, cunis, íncunabulís:
Oleum opúst, farina púero opust, opúst totum diém.
Numquam hoc úno die efficiátur opus, quin ópus semper siét.
Non enim póssunt militáres pueri elúvie educiér.

STRATOPHANES.

Respice érgo atque accipe hóce, qui istuc éfficias opús.

885. Potin ut Bothius: codd. Potin es ut. Deinde sies. Quid id est Astaphilitium Bothius: V. D. quid astapilitium est, P. quid est Ascaphilitium. 886. V. D. sibi p. tibi — legon p. eho, P. egon. Deinde codd. omnes: atque ne isti etiam. Scripsi anne istice etiam. 888. V. archanc p. ad te hanc, D. ad hanc, P. est hanc. codd. minam fero. V. D. si mihi ridespice, P. si mihi rides. Acidalius: fero minam auri: nisi mi credis, Muretus: respice. 889. P. vetant — habeant. V. pane p. penes. 890. autem matri Bothius: codd. matri autem. 891. V. attut abeat, D. P. actute habeat. Scripsi ampullam ut habeat. 892. V. opust icno, D. opust istic non, P. opus istic non, cod. Schobingeri lignis. Inde Bothius opus ligno. 893. V. falciis, D. P. faciliis. 894. codd. farina purus est totum diem. 895. P. efficietur. 896. V. D. possum. codd. etauio exducier. Scripsi eluvie. 897. ergo atque accipe hoce Bothius: codd. ergo accipe hoc. P. Phronesio dat: Quid istuc est p. qui istuc. V. D. ex efficias.

PHRONESIUM.

Cedo, quamquám parum est.

STRATOPHANES.

Dabo mínam adhuc istic póstea.

PHRONESIUM.

Parum ést.

STRATOPHANES.

Tuo arbitrátu, quod iubébis, dabitur: dá nunc saviúm.

PHRONESIUM.

Mitte me, ínquam, odiosus.

STRATOPHANES.

Níhil fit: non amór. teritur diés.
Plus decém pondo auri amóre hoc pauxillísper perdidí.

PHRONESIUM.

Accipe hóc atque auferto íntro.

STRABAX.

Ubi mea amíca est gentiúm?
Neque rurí, neque hic operis quícquam facto: córrumpor sitú.
Ita misér cubando in lécto hic exspectándo obduruí.
Sed eccam vídeo. Heus, heus! amíca, quid agis?

STRATOPHANES.

Mála, quis heic homo ést?

PHRONESIUM.

Quem ego ecástor magis amó, quam tete.

STRATOPHANES.

Quám me? quomodó?

898. V. D. ad omnae manucistic poste, nisi quod D. omne. P. Ad omne munus istic poste. V. D. *Phr.* Parust. 899. dabitur Göllerus: V. adabitur, D. P. addabitur. 901. V. D. pondo moris pausilliper, P. pondo moris pauxilli. Non. 155, 33 pondo amoris pauxillisper. Scripsi pondo auri amore hoc. 902. P. aufero. V. D. me p. mea — centium, P. certum. 905. V. D. heus amicam, P. heus amica. Geminavi heus. Deinde V. D. mille quis illic homo est. P. om. mille. Scripsi: mala quis heic homo est. 906. P. mage, V. D. age. Deinde codd. omnes te p. tete.

PHRONESIUM.

Hoc modo, út molèstus né sis.

STRATOPHANES.

Jamne abís, postquam aurum habés?

PHRONESIUM.

Condidi íntro, quod dedísti.

STRABAX.

Ades, amíca, te adloquór.

PHRONESIUM.

Ad te ego íbo.

STRABAX.

Ad me, delícia mea?

PHRONESIUM.

Hercle véro serió.

STRABAX.

Quamquam egó tibi videor stúltus, gaudere áliqui me voló.
Quamquam es bélla, tuo maló sis, nisi tui ego áliqui gaudeó.

PHRONESIUM.

Vin te ampléctar? saviúm dem?

STRABAX.

Quidvis fáce, quod gaudeám.

STRATOPHANES.

Meosne ante óculos ego illam pátiar alios ámplexariér?
Mortuom hércle me hodie sátiust. Abstine hóc, mulier, manúm,
Nisi te méa manu commáceratam et húnc vis emorí.

907. iamne Bothius: codd. iam. V. auru.abis, D. aurum habens. 908. V. P. adest, D. abest. 909. codd. At ego ad te ibo, nisi quod V. atte. Deinde codd. omm. mea, quod ego addidi. 911. codd. Nam quamquam. Delevi Nam. V. D. est bella. Deinde codd. omnes malo tuo p. tuo malo sis. Denique tuo p. tui. 912. V. D. Uincte amplectar et, P. Uine te amplectarier. Delevit et Göllerus. Deinde V. D. suauium. Denique codd. omnes omm. quod. 914. me hodie satiust Brixius; V. D. medio, quod P. prorsus om. codd. omnes satius — manu. 915. codd. nisi si. Deinde V. ui in macera, D. ui macera, P. in machaera. Scripsi commaceratam. Denique codd. mori.

PHRONESIUM.

Nil inhiáre satiust, míles, si te amári postulás.
Auro, haud férro deterréri hic' potis est, né amet, Stratophanes.

STRATOPHANES.

Qui, malúm, bella aut facéta es, quae ames hóminem istimodí?

PHRONESIUM.

Venitne in méntem tibi, quod vérbum in cavea díxit histrió?
Omnes hómines ad suom quaéstum callent nec fastidiúnt.

STRATOPHANES.

Huncine hóminem te amplexári, tam horridum ét tam squalidúm?

PHRONESIUM.

Quamquam hic squálidus, quamquam hic hórridus est, visúst bellus mihí.

STRATOPHANES.

Dedin ego aúrum?

PHRONESIUM.

Mihi? dedísti filió cibariá.

STRABAX.

Nunc hanc sí tecum esse spéras, alia opúst auri miná.

STRATOPHANES.

Malam rem his ét magnam.

STRABAX.

Magno ópere serva tíbi viaticúm.

Quid ista débet?

STRATOPHANES.

Tria.

STRABAX.

Quae tria nam?

STRATOPHANES.

Unguenta, nóctem, saviúm.

916. V. nihil ipphiari, D. nihili phlari, P. nihili phiari. Scripsi inhiare. 917. codd. aufero p. haud ferro. V. D. deterrere potest, P. deterrere potes. V. D. stratopanes, quod P. om. 918. faceta Pius: V. ea cieta est p. faceta es, D. eatieta, P. caieta. V. D. homini istimodi, P. hominem istiusmodi. 919. P. venietne, V. D. dixi. 920. nec Bothius: codd. et. 921. V. D. amplexares, P. amplexarier. V. horriactasque alidum. 922. V. quali est p. squalidus, D. P. qualis est. Deinde codd. omnes: quam hic horridus, om. est. Denique V. D. citus bellum hi. P. citius bellum. Lipsius e Vat. squalis est quamquam hic horridus, scitus, bellus est mihi. 923. D. P. Dedi. codd. omnes dedixisti p. dedisti. V. D. cibariam. 924. codd. si hanc p. hanc si. 925. codd. is et magna. V. tibi aticum, D. tibus atticum, P. tibatticum. 926. V. isti debe, D. P. isti debet. Deinde V. isi tria (scil. *St.* tria). D. P. nisi tria. Denique V. nocte, D. P. noctes.

PHRONESIUM.

Par parí respondet. vérum nunc tu sáltem me si amás,
Da mihí de tuis delíciis, quicquid ést, pauxillulúm.

STRATOPHANES.

Quid id, amábo, est, quod dem? díc dum: dona huius sí superet, ferés.

PHRONESIUM.

Vana cáptas.

STRATOPHANES.

Dic sis.

PHRONESIUM.

Abi, abi.

STRATOPHANES.

Consultá dum istuc, mi homó.
Cave faxít volnus tibi haéc iam, cui sunt déntis ferreí.
Volgo ad se ómnis intromíttit: abstine ístac tu manúm.

STRABAX.

Jam, hercle, iám magno maló tuo vapulá, vir strenuós.

STRATOPHANES.

Dedi ego huic aúrum.

STRABAX.

At ego argéntum.

STRATOPHANES.

At ego pállam et purpurám.

STRABAX.

At ego ovés et lanam et ália multa, quaé poscet, dabó.
Meliust té minis certáre mecum quám minaciís.

927. codd. nunc saltem si amas. 928. V. D. Dan, P. clam. Deinde codd. omnes: tu mihi de tuis delictis. Denique V. D. sum quicquid pusillulum, nisi quod D. pausillulum, P. sum, omissis ceteris. 929. V. Quid ita alabo, D. Quid ita ab auo. Deinde V. D. idem p. dem. Denique codd. omnes, etiam P. qui cetera omnia omisit, dictum super fert. Addidi: dona huius si. 930. V. Capas. D. P. Campas. Scripsi captas et addidi Vana. Deinde codd. omnes dicit p. dic sis. Porro V. auaui, D. P. ab aui. Denique codd. omnes: consultam istuc mihi homo. Scripsi consulta dum istuc mi homo. 931. codd. faxis. V. uomus. Deinde codd. omm. haec. 932. P. istanc p. istac tu. 933. codd. omnes omm. malo: addidit Bothius. Deinde codd. omnes tu p. tuo, nisi quod V. tut. 934. V. D. mirum p. aurum. codd. omnes: eat a palo puram p. at ego pallam et purpuram. 935. V. D. etianam p. et lanam. P. etiam. V. D. roscet p. poscet. V. dolum p. dabo. 936. codd. melius te minister certare, nisi quod V. certarem.

PHRONESIUM.

Lepidus écastor mortális! Mi Strabáx, perge, obsecró.
Stultus átque insanus dámnis certant: nós salvae sumús.

STRATOPHANES.

Age, priór, tiro, aliquid dá.

STRABAX.

Immo tu priór perde et perí.

STRATOPHANES.

Em tibí talentum argénti: Philippicum aés est: tene tibí.

PHRONESIUM.

Tanto mélior: noster ésto, sed de vóstro vivitó.

STRATOPHANES.

Ubi est, quod tú das? solve zónas. Provocátor, quid timés?

STRABAX.

Tu peregrínus es: hic hábito: num timeó, si ego ambuló?
Pecua ad hánc collo in crumína ego obligáta deferó.

STRATOPHANES.

Quid dedít? Ut distrinxi hóminem.

STRABAX.

Immo ego te véro eo, quod dedí.

PHRONESIUM.

I intro amábo et tu ergo hac mécum: et tu eris mécum et hic quidém.

STRABAX.

Quid tu? quíd ais? cum hocine ésse te?

STRATOPHANES.

Ego enim pósterior dedí.

937. V. D. mortalis est, P. mortalis es. Deinde mi Strabax Bothius: codd. Strabax mi. 939. tiro aliquid da Bothius: V. tirot aliquid, D. tyranno aliquid. P. tiro aliquid. 940. D. P. hem. V. D. tale actum. Deinde Philippicum aes est Brixius: V. philipphices, D. philippices est, P. Philippei est. 941. codd. et p. de. 942. provocator Acidalius: codd. prouocatur. 943. codd. omm. es. Deinde V. nunc meos nego ambulo, D. P. nunc meos non ego ambulo. Scripsi num timeo si ego ambulo. 944. P. om. hanc. Deinde collo in crumina ego Priscianus I p. 270 ed. Hertz: codd. ego in crumina, om. collo. 945. codd. dedi p. dedit. V. dixtinxi, D. distinxi. codd. omnes: ego vero, qui dedi. 946. V. D. In intro, P. intro. V. D. tu uergo. codd. omnes a p. hac. Denique codd. omnes tu eris mecum quidem, nisi quod P. quid est p. quidem. Scripsi: et tu eris mecum et hic quidem. 947. P. tu hoc ne p. hocine. Addidi: esse te. codd. omm. enim: addidit Acidalius.

PHRONESIUM.

Tu dedísti: hic iam datúrust: istuc hábeo, hoc expetó.
Verum utríque mos gerátur amborum éx sententiá.

STRATOPHANES.

Fiat: út rem gnatam video, hoc accipiúndum est, quod datúr.

STRABAX.

Meum quidém te lectum cérte ego occupáre non sinám.

PHRONESIUM.

Lepide ecástor aucupávi atque ex meá sententiá,
Meamque ut rém decet bene géstam, vostram rúrsus bene gerám.
Remeabó: si uterque animátust facere hoc, fácite uti sciám.
Veneris caússa adplaudite: éius haec in tutéla est fabulá.

948. codd. omm. hic. P. daturus es p. est. 950. P. gratam. V. D. quo p. quod. 951. codd. omm. ego. Deinde codd. omnes sinem. 952. ecastor aucupavi atque Non. p. 467, 11: codd. mecastor aucupabatque. 953. D. P. Aeque p. Meamque. V. D. debere ne gestam, P. bene gestam. Scripsi: decet bene gestam. V. rursu, D. P. rursum. 954. V. D. Romabo P. Amabo. Scripsi remeabo. Deinde P. sicut, V. D. siquid. Scripsi si uterque. Denique codd. facere faciam ut sciam. Scripsi facere hoc facite uti sciam. 955. V. Ueneri. — Addunt denique codd. omnes versum: *Spectatores, bene valete: plaudite atque exurgite*, qui mihi quidem spurius videtur.

Ceterum corrigenda et addenda esse video haece: p. 9 l. paenultima del. multis hominibus, l. ultima adde P. omnibus p. hominibus. p. 19 adnotatt. l. 6 ad 218. amicust A. adde: ceteri amicus est. p. 30 adnott. l. 6 scr. meo es p. est.